

amores! quot pollutiones! quot suppositos partus! quot mentitas nutritiones!  
quot alieni feminis susceptas menses!

221 ¶ Multa item in mulieres scripsit Diuus Antiochus Pandeſtes, Homilia 17. & ſeq. Ioannes Haresbarienſis non omnino malus autor, libr. 8. de Nugis curialium, c. 11. Sed & Anto. Flor. in prima parte tertiæ partis principalis ſuæ Summæ, titu. 1. c. 25. per literarum ordinem mulierum vitia deſcribit. Et Petrarca in eo libr. quem de Remediis proſperæ fortunæ ſcribit, in Dialogo, qui illis reſpondet, qui gratam eſſe ſibi vxorem gloriantur, & rurfus in libr. de Vita ſolitaria, & eius autoritate diſcipulus eiufdem Bocatius libr. de Genealogia Deorum 4. c. 4. Aluarus Pelagius libr. 2. de Planctu eccleſiæ, artic. 45. vbi tria & centum muliebria vitia commemorat. Robertus Holkot in Sapientiam Solomonis, lectione 108. & Bernardinus, quæ de Buſtis vocant, libr. Roſarij 2. Sermone 28. in tertia parte, in prin. & Iac. Sprenger in libr. cui eſt titulus, Malleus maleficarum, parte 1. quaſt. 6. plurima item femininarum mala prodiderunt: & nouiſimè Cælius Antiquar. Leſt. libr. 14. cap. item 14. poſterioris editionis, & Bonifacius ſodalis Franciſcanus in viaticis diſcurſionibus, quo loco de falſitatibus hominum diſſerit.

222 ¶ Sed & è noſtris quoque infinita propè in vnum veluti corpus congeſſit Alberic. in ſuo fertili Diſtionario, in diſtione, Mulier, & in l. filia in orbitate. C. de inoffi. teſtam. vbi poſt congeſta multa mulierum vitia, ſubdit & alia eſſe multa, quæ numerare eſſet difficile. & rurfus in l. 4. C. de ſponſalib. & in l. ſed ſi ego. D. ad S. C. Velleia. & Cepolla in l. quaeritur. num. 6. & 7. D. de ædil. edict. Quæ loca maxima ex parte ex nobis congeſſit Carolus Degraſſalius Carcaſſonenſis in libr. 1. Regalium Franciæ, chart. 2. 45. Et certè neſcio quo fato hic, & nonnulli non abſimiles ſcriptores, librum hunc noſtrum tam impudenter compilarunt. Illud autem indignum eſt, quod huc afferatur, Seuerianos, Archonticòſque hæreſiarchas adeò mulieres exhorruiffe, vt eas opus Satanae eſſe dicerent, vt tradit Diuus ipſe Epiphanius Eleutheropolites, libr. Hæreſeon 1. to. 3. ſect. 45.

223 ¶ Dies iam me deficiet, ſi quæcunque in eam rem à ſanctis viris, aliisſque, vbique ſcripta ſunt, coner exprimere. Ideo finem facio. Illud autem concludo: Quum femine ſuaſpæ natura ſint tam ſclerata, & vitiiſ dedita, vt totæ ex illis compactæ videri poſſint, atque conglutinata: omniâque proſuſ flagitia in earum animum, vt in quandam cœnoſam ſæculentâmq; ac teterrimam ſentiam confluxiſſe videantur: vt (inquam) immenſa aliqua vorago, aut gurgis vitiorum turpitu dinumque omnium femina dici queat, (vt tandem vſurpem verba Tullij in 5. in Verrem Actione) vtque ex his vitia omnia, aut ipſa ex vitiiſ oratæ videantur (vt etiam vtar illa Lycurgi formula, apud P. Rutilium Lupum ex Gorgia libr. prioris de Figuris ſententiarum, in ea figura quæ *μερίσμος* dicitur) quem tandem modum, aut finem perpetrandis tot tantisque facinoribus facient, ſi in illis veluti im punè relinquantur? Quæ, inquam, ſpes iam ſuperest, eas emendatiores futuras? Quod item ſuperest pharmacum? ſi quo ſolo morbus depelli poteſt, id abſit: id eſt correctio, cuius acceſſione, & præſentia auferuntur peccandi autoritas: diſceſſione autem, & abſentia affertur, vt omnibus perſpicuum eſt & latè probatur 23. q. 4. & etiam 5. fermè per totum.

224 ¶ Propterea cum Plato in Gorgia, & Auguſtinus in Ciuitatis Dei libr. 9. cap. 16. puniendõrum peccatorũ tres cauſas. Puniendõrum peccatorũ tres cauſas.

nem, &c. Et facit optimè c. de his. 33. q. 2. cum dicitur, Vt hac ſaltem diſtinctione correcti, ipſi in ſe ſua errata caſtigent. Et quod ſcribitur in c. qui ca. 38. di. Qui ſtultus fuit in culpa, ſapiens ſit in pœna. Cui omnino ſimile eſt vetus prouerbiũ Platonis in Sympoſio, Stulti poſt malum acceptum, erratum cognofcunt. Sumptum fortaffe ab illa Heſiodi ſententia in libr. qui inſcribitur Opera & dies:

—Δίκη δὲ ὑπερβόρου ἴζη  
ἔῖς τελευτῆς ἐξελθῆς, παλῶν δὲ τε νῆπιον ἔρω. Id eſt, vt traduxit Eraſmus:

—Tandem ſua pœna nocentem

Conſequitur, *πάſſιςque ſapit tum denique ſtultus.*

Noſter autem Bal. confi. 176. incip. Cæcilia receſſit à Franciſco, libr. 1. ſcribit, quòd vir ſapiens poteſt, imò verò debet, vt dicit, dietim malos vxoris mores corrigere, ne tranſcant in conſuetudinem delinquendi. Vix enim tollitur vitium, quod conſuetudine radicatur. Vnde ſcribitur apud Ouidium,

Principijs obſta: ſerò medicina paratur,

Cum mala per longas inualuere moras.

Et paulò antè dixerat Bald. id quidem rarò corrigi, quod venit in conſuetudinem: ad quod allegat l. non omnes. §. à barbaris. D. de re mili.

Prouerbiũ.

Vxorĩs mali mores corrigẽdi. Conſuetudine confirmata peccata, incorrigibilia.

225 ¶ Sed video quid ſibi velit iſte *γυναικονομῆς*, id eſt vxoris imperio addiſtus, & vt Latini vocat, vxorius. Veretur fortè, ne dum verberat vxorem, illam interimat. Sunt enim mulieres, vt putat, tã imbecillo, & debili corpore, vt vel leui iſtu intereant. Quod & indulgẽtiores parẽtes in filiis timẽt. Ex quo Solomò Prou. c. 23. Noli ſubtrahere à puero diſciplinã: ſi enim eum virga percufferis, nõ morietur. At neſcit iſtæ feminas multò grauiores iſtus, quàm viros, citra vitæ periculũ ſuſtinere, teſte Iu reconſulto, Accuſiõq; noſtro, hoc ipſum annotãte in l. nihil intereſt. D. de adul. & Signo. con. 63. Titius calce percuffit, col. 2. verſitè intentio mariti: & Ludo. Bolo. in addi. ad Guid. Suza. in trac. de tormẽtis, col. 3. & Hipp. Marſi. in rep. rub. C. de proba. col. 83. verſ. ſed ego incidenter, vbi illã gl. dicit no. & m̄ti tenendã. & in lã vobis, in materia incertitudinis, circa. ſi. D. de annu. lega. & in l. r. in prin. col. vl. D. de quaſti. vbi & illam gl. dicit notabilẽ. Nõ ergo mariti timẽto: verũ intrepidè percutiũto, verberãto, pulſanto, feriũto, manuũ, pugnorũ, baculorum, funium, fuſtium iſtibus: & tot immania earum flagitia depellunto. Nam & D. Chryſoſtomus ex variis in D. Matthæum locis, Homilia 26. eadẽmq; vl. docet tribus modis vxorem malè moratam caſtigare. Primum docendo ſecundũ Deum. Si autem timorẽ Dei non ſentit, impropinando, vel vt homines erubefcat. Si nec pudorẽ ſentit frequenter conſuſa, faciat quod præcipit Solomon, Duram baculo percutere. Ergo primũ admone, quia multũm proficit doctrina iuſtitia. Deinde confunde, quia frequenter pudor frãnum eſt vitiorum. Tertium iuſtum eſt, vt caſtigetur, quaſi ancilla qua erubefcere neſcit, vt libera. Hæc ille. Superiũs autem in prima Lege cõnubiali, numero 22. ex hac autem, multorum autoritate docuimus, licere nobis vxores verberare.

Femine grauiores iſtus, quàm viri ſuſtinent. Concluſio oforis feminarum de iis verberandis.

Vxor tribus modis caſtiganda.

226 ¶ HACTENVS hic noſter mulierum ofor, qui totam ſuam orationem coloribus vitiorum muliebriũ depinxit. Quem & ſuo ipſius (quemadmodũ dicitur) gladio primũ, ac deinde noſtro cõficiã. Primum enim, ſi pœna ob id fuit introducta, vt qui deliquerunt, correctiores fiant, & emẽdatiores, quemadmodũ noſter hic aduerſarius aſſerit: ex hoc effici neceſſe eſt, ſi modò ceſſante cauſa ceſſet effectus, ſicuti proculdubio ceſſat, quòd ſi nulla ſpes eſt emendari eum poſſe, qui deliquit, nulla certè pœna imponenda eſt, quantum ad eam cauſam pertinet: vt etiam tradit Gellius in eo ipſo loco, quem citauit aduerſarius, & approbant Decreta Canonica in c. prodeſt. ad ſi. 23. q. 5. vbi eccleſia abſtinet à cenſuris, quãdo videt ſe nullatenus proficere. & c. allegant. 26. q. 7. vbi non imponitur penitentia ei, qui futurus eſt deterior. Et ideò dicunt Ioan. And. Domi. & Philipp. Franc. in c. de ſent. ex com. libr. 6. quòd ſi excommunicationis ex diuturno tempore efficitur deterior, debet iudex excommunicationem ex officio relaxare. Et idem voluit Pater. Liaz. in iud.

Autoris reſponſio.

Pœna non irroganda ſi deſit ſpes emẽdatio- nis.

Excommuni-

catio relaxan- da, si excom- municatus sit deterior. mento c. vlt. col. 4. de postul. praela. & Imo. in clem. r. circa princip. de pœni. & remis. Anto. & Panor. in c. ab excommunicato, ille col. 13. versic. nunquid autem possit hic col. pen. sed nota vltimò. & ibi quoque alij, de rescript. & idem Panor. in c. ad reprimendam. col. 2. extrà. de Offic. ordin. & in c. nouit. col. 13. versic. Archi. qui hanc questionem, extrà de iudic. vbi idem de monitione siue correctione fraterna: vt & nos statim dicemus. & in c. clericos. col. vlt. de cohab. cleri. & mulie. & in c. quoniam frequenter. §. vlti. col. 3. r. versic. item facit, vt lite non conte. & in c. significasti, in fi. de eo qui duxit in matr. & in c. sacro, in 4. not. de sent. exco. & Ioan. Ana. in c. r. col. 16. de maledi. & è Theologis, Diuus Thomas, quem multi ex Doctoribus suprâ dictis nuncupatim citant, in 4. sentent. dist. 18. in vltim. q. art. vlt. in respons. 2. artic. primi dubij. Proinde Ioan. An. in c. Romana. §. sed nec, de sentent. excommunic. lib. 6. & idem Ioan. Andr. & Petr. An. in c. constitutionem, in fin. eodem titu. & libr. & vtrouique Domi. & ante eos Hosti. in c. r. in verbo, cognoueris, & ibi quoque Anton. col. penult. & Imo. in fin. de offic. deleg. monent praelatos, vt diligenter animaduertant, ne ferant sententiam excommunicationis, vbi eam futuram prauident inutilem, & contemptibilem. Et bene facit, quod scribit Archi. in c. si peccauerit, col. 3. r. q. 1. quòd licet prima correctio fraterna, sit præcepti, tamen fallit, vbi timor est, ne monitus fiat deterior, quia tunc meritorie, vt ipse loquitur, omittitur. Et in eam rem multa collegit Feli. in c. scribam. in prin. extrà de præsumpt. & Iason in l. quod iusit. col. 10. versic. vltra Bar. D. de re iudi.

227 **¶** Sed iam suprâ latè probauimus scēminas non modò non emendatiores, si verberentur, sed & multò deteriores futuras: vnde ortum est illud, vel pueris decantatisimum, & vice prouerbij celebratum, licet inelegans, & rude, *Ille lauat laterem, qui castigat mulierem.*

Quod è nostris adnotat Card. Flor. post Lau. in cle. ex eo, in 1. oppo. de sent. excom. Propterea & Bernardus, siue is fuit Diuus ille Clareuallensis abbas, siue alius eiusdem nominis, vt alij existimant, monet maritum, ne si vxoris adulterium rescuerit, eam corrigat, ne deterior efficiatur. Refert & sequitur è nostris Felin. in c. 2. col. 3. in §. fal. extrà de calum. Ex quo & illud Ouidij libr. 2. de Arte amandi, loquentis de adulterio Martis, & Veneris:

*Hoc tibi profecit, Vulcane: quod ante regebant, Liberiùs faciunt, & pudor omnis abest.*

Quasi videlicet satis sit vxoris adulterium dissimulare, sicuti Antoninum Philosophum fecisse suprâ diximus, quàm eam non dicam verberare tantùm, sed & reprehendere, cum hinc deterior efficiatur: & ita argumentum aduersarij, tanquam puluis in eum ipsum refunditur, qui excitauit.

228 **¶** Præterea non omnino assentior huic muliebris honoris oppugnatori, dum hunc sexum vsque adeo deprensit, totque ac tantis vitiis oneravit, vt mulier non homo esse videatur. Quin si huius causæ defensionem susceperim, illud ausim profiteri, facturum me, vt palinodiam canens laudet vel inuitus, quod ille priùs vituperauit. Idque fecerim euidentissimis rationibus, ex imis naturæ visceribus depromptis, non autem testimonio & autoritate virorum vsus, sicuti ille virorum autoritate magis, quàm ratione, omnibus neruis contendit scēminas vituperare, & quod indignius est, paucarum crimina in omnes transferre: quod olim Euripides mulierum alioqui osor, in Menalippe conquestus est apud Stobæum Sermo. 67.

paucarum mulierum crimina in omnes transferre indignū.

ἄλγιστόν ἐστι βάλυ μισθὲν γένῳ.

Ἄι γὰρ σφαλεῖσαι ταῖσι ἐν ἐσφαλμέναις

ἄιχῃ γυναιξί, καὶ λεκόνων τὴ νόου

ταῖς ἐ λικαῖσι αἰ λικαί.

Miserimum est muliebre genus semel iniusum:

Nam que peccarunt, etiam immeritis

Dedecori sunt mulieribus: & communicant vituperium

Male

Male non malis. -- At idem in Ione Creusam facit hæc loquentem:

Τὰ γὰρ γυναικῶν, δυσχερὴ πρὸς ἀρετας, καὶ ταῖς λικαῖσι αἰ γυναι μεμυμένα μισοῦσθαι, ἴσο δυσχερὲς πρὸς ἀρετας.

Conditio enim mulierum difficilis est erga maritos:

Et inter malas nos bone mixte

Odio habemur: aded misere sumus.

Sed & apud Terentium in Hecyra Softrata hæc loquitur:

Aedepol ne nos mulieres sumus iniquè omnes iniuste viris,

Propter paucas, que omnes faciunt dignè vt videantur malo.

Et apud eundem Thais in Eunuchis:

Me miseram, forsitan hic mihi paruum habet fidem,

Atque ex aliarum ingenio nunc me iudicat.

Et apud Senecam Tragœdiographum in Hippolyto, cum ipse Hippolytus hæc dixisset,

Sileantur alie: sola conuix Agei

Medea reddit scēminas diuum genus.

Mox subdit nutrix Phædræ:

Cur omnium fit culpa paucarum scelus?

Ex quibus & illud est Ouidij libr. 3. de Arte amandi, haud multo post prin,

Paucite paucarum diffundere crimen in omnes.

Spectetur meritis queque puella suis.

229 **¶** Sed quia res, de qua agimus, non exigit, vereorque ne mihi viri succenseant, idque ascribant vitio, si fecerim, tanquam meo patrocinio mulierum gratiam & amorem aucupari contendam, idcirco nunc ego tacere malo. Quamquam non defuerunt, qui de laudibus scēminarum affatim scripserunt, in quibus Plutarchus autor excellentissimus, qui librum huic rei nūcupatim dedicauit cui titulus est γυναικῶν ἀρεταί, id est, mulierum virtutes: & longo antè tempore Hesiodus, qui librum eiusdem argumenti scripsit, in quo mulieres Heroïdes, vt Dion Chrysostomus ex Alexandri sententia, & Lucianus tradunt. Alter quoque Chrysofostomus in illa ipsa Homilia Decollationis Diui Ioannis, & Diuus Hieronymus in enarratione Psalmi 44. ad Principiam: & iterum in Proœmio in Sophoniam, & in libr. 1. in Iouinianum, multa in eorum laudem congesserunt. Multa item Gregorius Giraldus, aut quisquis is fuit, qui ad illius Syntagma de Musis, parergon siue corollarium addidit. Plura verò Hispanus quispiam non indoctus, qui vulgari Hispanorum lingua in eam rem librum conscripsit, titulumque illi nuncupauit, Honor dominarum, quem postea Gallus quidam in nostram linguam traduxit: sed omnium plurima Christina quædam Pisana mulier egregiè docta, quæ & de ea re librum iustæ magnitudinis elegantissimè composuit, quò eam omnibus aduersariorum rationibus, & argumentis scitissimè respondit, atque omnia crimina, quæ passim mulieribus asignantur, & rationibus, & exemplis optimè diluit. & Cælius libr. Lectio-num Antiquarum 13. cap. 33. posterioris editionis, & libr. 14. cap. 1. eiusdem editionis, & Albertus Eyb. in eo lib. quem Margaritam Poëticam inscripsit, 2. parte, trac. 2. oratione 17. quam peculiariter de ea re conscripsit: & Gulfridus Chancerus Anglus duobus libris, quorum vnus titulus est, Laudes bonarum mulierum, alterius, Scēminarum encomion. Et ex recentioribus Prædicatoribus, quos vocant, vt & Prædicatores habeant à quibus hoc accipere possint, si fortè nullos alios libros legerint, Robertus Carazolus, in eo sermonum libr. quem de laudibus sanctorum conscripsit, sermone 7. c. 1. & Bernardinus, quem de Bustis vocant, in 2. parte sui Rosarij, sermone 28. in 3. parte. Et Ioannes Griesch (vt infimæ notæ viros appellem) in suo quadragesimali, sermone 37. Et nouissimè Ioannes Textor, qui & librum de Claris mulieribus edidit, omnium copiosissimum. Quorum dicta, ne sim longior, huc ascribere superfedi, cum etiam sine illis responsum esse puto huic

Qui de laudibus mulierum scripserunt.

Autor pollicetur librū peculiarem de laudibus huic

dibus mulierum. huic nostro aduerfario: Et certè aliquando, nifi quid aliud intercipiat, proprium peculiarèmq; librum de Laudibus mulierum confcribam.

230 Denique vt ad inftitutum redeam, illud tantùm admonui, ne verberentur vxores, non etiam ne omnino corrigantur: funt enim præter verbera, alia quoque correctionis genera, vt not. 45. di. fermè per totum, quibus poffunt vitia, fi qua funt in mulieribus, emendari: & certè multò fatiùs quàm verberibus, fi tamen comparatione vti liceat, cum verberibus, quod iam diximus, id fieri non debeat. Quando & Pacati ad Theodofium veriffima fit fententia, Imperatam correctionem exafperare, blandiffimè autem iuberi exemplo. Vxores ergo, vt tandem concludamus, non verberibus, fed potiùs exemplis corrigamus: & à vitiiis, fi qua funt, ad virtutum ftudia prouocemus, fecundum text. in §. neceffe eft. 47. di. & facit c. indignantur, in fin. 32. q. 6. pudicèque viuentes vxoribus bonos mores colendi autores fimus: iuxta Iurifconfulti fententiam in l. fi vxor. §. iudex. D. de adult. Virorum enim dicta factaque, funt vxoribus veluti fpeculum, ad cuius intuitum fuos ipfe mores formant, atque componunt. Nam cum femper aliàs exempla funt magni momenti ad corrigenda, vel deprauanda hominum ingenia, vt alibi abundè difseruimus: tum ea maximè, quæ à domesticis proficifcuntur, vt probat text. in l. i. C. de emend. prop. & illud Satyraphi Poëtæ Saty. 14.

—Velocius & citius nos  
Corrumpunt vitiorum exempla domestica, magnis  
Cum fubeant animos antoribus.—

231 Hinc per fæpe vxori dux, atque exemplum lasciuia vir fuit, vt ait Petrarcha, de Remedijs aduerfa fortune, Dialog. 21. Nam, vt vir ille in omni genere doctrinæ confummatiffimus Plutarchus in Præceptis connubialibus inquit, c. 17. ἄνθρωπος φιλοσώματος & λαμπροπρεπὴς γυναῖκα ποιεῖ: φιλόδουλον & ἐκβολέου: φιλόκαλον, καὶ φιλόκαλον σάφροντα καὶ λοσιμίαν. Vir corporis ftudiofus vxorem reddit lasciuiori cultui deditam: voluptuosus amatoriã, & libidinofam: boni honestique amator, modestam & honestam. Et rursus ferè in vmbilico eiusdem operis: Ne putes (ait) à superfluis profufisque sumptibus vxorem temperaturam, si te hæc minimè contemnentem confpiciat: quin potiùs auratis poculis, pictisque cubiculis, mularum & equorum phaleris gaudentem videat. Non enim fieri potest, vt à mulieribus luxur remoueatur, quo viri circumfluunt. Propterea & Diuus Augustinus in c. fi dicturi. 32. q. 6. nos monet, vt quales volumus vxores nostras inuenire, tales & ipse nos inueniant: & si intactam quarimus, intacti fimus: si puram, puri. Non enim illa poffet, quod nos non poffumus. Et idem alibi in libro de decem chordis: Si caput (inquit) est vir, meliùs debet viuere, & præcedere in omnibus factis suis vxorem, vt illa imitetur virum. Quod & repetitur, vltimis verbis prætermiffis, in c. non mee chaberis, in fin. iisdem quaesti. & caufa. Quibus succinit, & Seneca scribens ad Lucillum, epiftola 94. Improbis est qui ab vxore pudicitiam exigit, ipse alienarum corruptor vxorum. Sed & Lactantius de Vero cultu. c. 23. Exemplo, inquit, continentia docenda vxor, vt se castè gerat: iniquum est enim, vt id exigas, quod ipse præstare non poffis. Quæ iniquitas id effecit profectò vt essent adulteria, fœminis agrè ferentibus præstare se fidem, non exhibentibus mutuam charitatem. Denique nulla est tam perditum pudoris adultera, quæ non hanc causam vitiiis suis prætendat, iniuriam se peccando non facere, fed referre. Quod & optimè Quintilianus exprefsit, Homo, inquit, nec alieni matrimonij abftinens, neque sui custos, quæ inter se natura connexa funt. Nam neque maritus circa corrupendas aliorum coniuges occupatus, potest vacare domesticæ sanctitati. Et vxor cum in tale incidit matrimonium, exemplo ipso incitata, aut imitari se putat, aut vindicari. De quo & nos quoque dicemus infra in 13. lege connubiali, numero 35. incip. caueant igitur, & fequent.

Vir ab uxore exigere nõ debet, quod ipse non præstat.

Cum

232 Cum ergo plerumque mariti vxoribus præbeant exemplum, & occasionem libidinis, ex hoc ortum videri potest, quod Guil. de monte Laud. in cle. cum ex eo, & ibi post eum Card. Flor. in oppo. de fen. ex com. afferit, quòd in quibusdam partibus, viri ex adulterio vxorum puniuntur, veluti ipsius criminis autores. In Catalonia enim, & alijs multis partibus, vir per vxorem cucuruitatus (ita enim illum vocant, cuius vxor est impudica) licet inuitus & ignorans hoc ipsum passus fuerit, foluit tamen 40. solidos domino vxoris. Et Parisiis ducitur vir per totam urbem afino infidens, facie versa ad caudam, vxore afinu trahente, & præcone ante eos proclamante, Qui sic faciet, sic accipiet. Hæc illi: quæ & post eos quoque recenfer Bened. in c. Raynaldus, in verbo, cuidam Petro tradiderit, nu. 62. de testa. Et illorum fortè temporibus istud obseruabatur. Sed quod de Parisiis dicunt, iam pridem in defuetudinem abiit. Ambrosius autem in priorem Epistolam Pauli ad Corinthios, cap. 65. tradit fœminas inue recundiores, esse viris opprobrium: in mulierum enim infolentia viros notari: tanquam diceret, vxores imitari vitia virorum: idè que ex vitiiis vxorum, virorum quoque vitia depræhendi.

Viri ex uxori adulterio in quibusdam partibus puniuntur.

233 Item corrigenda sunt vxores, non inquam verberibus (quod sæpe dictum est, dicendum est tamen sæpiùs) sed blanditijs, mollibusq; verbis, atq; maritali sermone, vt vtar verbis Iurifconfulti in l. vlt. D. si quis aliq. testa. prohi. Nam vt dicit, Bernardus Syluester, quem plerique Diuum Bernardum autumant, in ea Epiftola, quam de re familiari ad Raymundum quendam confcripsit, Malam vxorem potiùs risu, quàm baculo, castigabis. Et Plutarchus in illis, quæ sæpius citauimus, Præceptis connubialibus, statim post principium, Veteres, inquit, Mercurium iuxta Venerem collocabant: quod voluptas nuptialis ratione, aptoque sermone maximè indigere videatur. Et alibi in eodem opere, cap. 34. Præfse maritum vxori par est, non vt dominum pecoris, sed vt animam corpori, confpiratione quadam naturali per benevolentiam cum ipso coniunctam. Quemadmodum igitur procurare corpus conuenit, non ipsius feruendo voluptatibus, atque cupiditatibus: ita vxori præfse demulcendo, gratificandòq; oportet. Quibus nimirum ad stipulatur, quod dicit Gregorius Nazanzenus, in Admonitorio, quod Heroico carmine confcripsit:

Mulieres item blanditijs corrigende, & risu potiùs, quàm baculo.

Mercurius cur iuxta Venerem collocatur.

Maritus uxori præfse, non ut pecoris, sed ut anima corpori.

Id est,  
Neque leonis altor, feræ vim domuit robore,  
Anhelitibus rugientibus iratam, sed domat  
Manibus demulcens, & blandis sermonibus.

Quantum non me latet, Cleobulum Lyndium vnum quidem ex septem illis sapientibus, illud inter cætera ipfius præcepta monuisse, vt cum vxore nihil blanditijs agamus: vt que præsentibus extraneis, eam nunquam obiurgemus: illud enim recordia esse, alterum vefania, sicuti à Demetrio Phalereo, & Diogene Laërtio, & Ioanne Stobæo, relatum est. Cui, quantum ad secundum pertinet, satis conuenit cum Solone, cuius ea est apud Aufonium fententia:

Vxor niquam præsentibus extraneis obiurganda.

Clam coarvagus propinquum, sed palam laudaueris.  
Cui omnino similis est ille Mimus, siue Senecæ, siue alterius:  
Secretò admone amicos, palam lauda.  
Vt interim prætermittat quid de ea te monuerit Christus D.O.M. quidve Paulus.

Amici clam monendi, palam laudandi.

234 Verum quantum ad id, quod de blanditijs monuit Cleobulus, illud obseruandum cenfeo, quod apud Philostratum lib. 7. Apollonius Tyanæus ex Pharaëtis fententia dicit, leones, quos mansuefcere volunt homines, verberibus non cadendos, Nam recrudescere illos verberibus: nec rursus blanditijs nimium leniendos, quasi sic nimium superbi euaderent. Itaque blanditijs minis permixtas faciliùs ad mores illos optatos posse deducere. Quæ etfi de leonibus, & feris animalibus dicta sunt, non incommodè tamen ad fœminas referemus, quas (vt supra diximus) Cato

Leones nec uerberibus cadendos, nec blanditijs leniendos.

Censorius animalia indomita appellat. Id autem est, quod, et si aliis verbis, eodem tamen sensu, eleganter differit Diuus Gregorius, lib. Moralium 20. parte 4. cap. 11. & transumptiue in Decretis Canonicis in c. disciplina. 45. dist. Miscendam esse lenitatem cum seueritate, faciendumq; quoddam ex utroq; temperamentum: vt neq; multa asperitate exulcerentur, quos corripimus: neq; nimia benignitate soluantur. Quod nimirum illa arca tabernaculi significat, in qua cum tabulis virga simul, & manna est. Id, inquam, est quod apud Liuium lib. 8. ab Vrbe condita, sensit, fecitque Papyrius, scilicet seueritatem iungendam comitati. Porro Homerus ille parens omnis virtutis (sic enim libet eum sapius post Iustinianum appellare) id nos aperitiu, & in specie de qua loquimur, docuit. Nam apud eum lib. 1. Iliados, Iupiter Iunonem vxorem leniter primu[m] monuit, ne ex se tentaret rescire, quae veluti vltra crepidas (vt interim ad vetus prouerbiu[m] alludam) vxorias essent. Deinde vero cum ea nihilò secius paulò contumaciùs perflaret, minas adiecit: nempe iratas se in eam manus iniecturum, nisi continuò obmutesceret. Versus Homeri hi sunt:

Ἄλλ' ἀκέραια νύδην, ἐμὸ δ' ἐπιπέθεο μύθεον,  
μή νύ τοι ἐχθαίρωσιν ὄσοι θεοὶ εἰσ' ἐν Ὀλύμπῳ,  
ἕσσαν ἰονὶ, ἔτε λῶν τοι ἀκέραιες χεῖρας ἐφέω.

Blanditias igitur non omnes viris amplectendas cenfeo: sed tantu[m] seueras (vt sic appellem) & cum maiestate quadam coniunctas: nò etiam molliculas, humiles, demissas, quibus viri erga vxorem autoritas, imperiu[m]q; emolliatur, minuat[ur]ve: sed & ita vt blanditiis precib[us]q; minas regaliter addat, vt interim vsurpè verba Ouidij, lib. 2. Metamorphoseos. Idcirco hanc quoque legem præcedenti subiiciemus:

SVIS VIRI EXEMPLIS, ATQVE BLANDITIIS CVM SEVERITATE  
CONIUNCTIS, VXORES CORRIGVNTO.  
SED ET MINAS INTERDV M, SI RES EXEGERIT, ADMISCENTO.  
VERVM NON PALAM, AVT PRÆSENTIBVS EXTRANEIS, EAS  
OBIVRGANTO.

IN DECIMAM LEGEM CONNV-  
BIALEM, GLOSSAE PRIMAE  
PARS DECIMA.

Lenitas cū se-  
ueritate misce-  
nda.

Arca taberna-  
culi.

Blanditijs mi-  
ne regaliter  
addende.

Non lex con-  
nubialis.

Vir rebus fore-  
sibus præsit, ut  
xor domesti-  
cis.



ILLVD AVTEM hoc loco non præmittendum, quòd licet vir sit caput mulieris, illique præsit, & dominetur, vxori tamen debemus vltro relinquere domus principatum: ita videlicet, vt maritus foris, sub dio, in agro, in foro, in Repub. omnia suo arbitrio conficiat, diuitiasque comparet, quæ tectis recondantur: vxor verò domi rebus domesticis conseruandis, & præparandis præsit, & tectis illatas diuitias custodiat, vt tradit Antiphon Rhamnusus, qui ab orationis dulcedine Nestor dictus est: atque etiam Xenophon in Oeconomico. Aristoteles quoque libro secundo Politicò, capite tertio, & iterum libro tertio, capite item tertio, & Oeconomico libro primo, capite tertio. Et Columella in Præfatione libri duodecimi Rei rustica: Ipsius autem Xenophontis locum Græcè quidem scriptum, sed in nostrum sermonem conuersum subiiciemus, ne fraudem legentes iudicio maximi autoris: Mihi (ait) profectò Dij videntur omnia quidem sapientissimè fecisse, sed hoc præsertim coniugium, quod mas & femina vocatur: primu[m] quidem, ne animantium genera deficerent: deinde vt haberemus à quibus nostra senectus aleretur. Cùmque mortalium vita, non vt cæterorum animalium, sub dio, sed sub tecto ducatur: oportet sub dio procurare, quorum adminiculo futurorum hominum vsui sub tecto consulatur. Huiusmodi sunt noualia, arbores, sementes, pascua. Ex his necessaria victui proueniunt, quibus in domum illatis, custodem adhibere opus est, qui maximè is fuerit, quem sub tecto res agere decet. Tecto indigent, infan-

infantium nutritio, fructuum segetes, vestiũmque è lana contextus. Quoniam verò vtraque hac, & extra & intra domum diligentiam expetunt: mihi videtur Deus naturam mulieris ad curam intus suscipiendam in lucem protulisse, molliorèque corpore, vt intra parietes officium obiret. At viri corpus animu[m]q; frigora, æstus, itinera, militiam facillè tolerare constituisse. Quapropter illi foris res agendas delegasse. Rursus illas ob infantium curam maiore erga liberos charitate, tum ad custodienda quæ à viris parata essent, metu vehementiore, qui rebus afferuandis vtilis foret, præditas esse voluit. Viro in super, cui tueri extranea facta incumbit, ac oppugnantu[m] resistere, maiorem addidit audaciam. Memoriam verò ac diligentiam patrem, atque in medio posuit, qua pro suo vterque officio tum dando, tum accipiendo, vsurus esset. Et post pauca: Deus item vxorem pulchriorem condidit, vt formam cum pudicitia se domi continendo tueretur. Virum torosiorum, vt extrà magis ageret, edidit. Si quis autè huius ordines aduersus ierit, aut viri partes vxor, seu vir vxoris peregerit, vltorem se sentiet habiturum Deum.

2 Quibus & accedit, quod scribit Demosthenes aduersus Neeram, aut quisquis est, qui eam Orationem scripsit: nam id dubitatur: πῶς μὲν γὰρ ἑταίρας ἰδόντις ἐνείη ἐχθρῶν, πῶς ἢ πελαγονῶν ἢ λιπῶν ἡμετέραν δόξα πείσας τὸ σώματι, πῶς ἢ γυναικῶν, ἢ παιδωνοειδῶν γυναικῶν, καὶ τῶν φίλων φύλακα πειρῆ ἔχειν. Id est, Meretrices enim voluptatis causa habemus: concubinas autem famulitij causa, & curæ quotidianæ corporis: vxores verò, vt legitimos filios tollamus, & habeamus rei domesticæ fidam custodem. Quam tamen orationem aliqui Democratis esse censent. Plato in Memnone, dicit esse vxoriam virtutem, domum rectè gubernare, dum custodit domestica, viròque obedit. Quod & idè senserunt è nostris Io. And. & Panor. in c. literas. extrà de resti. spol. scribentes vxoris esse proprium custodire res mariti. In qua etiam fuit sententia Gabriel Biel, Præstantissimus inter scholasticos Theologus in 4. sententiarum dist. 15. q. 3. art. item 3. dubio 2. Neque aliud sibi vult, quod Aristoteles libro Oeconomico. 2. cap. 1. Probat, ait, mulierè omnibus quæ sunt intus, dominari oportet. Et si quid intus accidat, ipsi notum sit soli. Et rursus inferius: Viro quidem indicens videtur ea scire, quæ intra aedes fiunt: in cæteris verò omnibus parère mulier viro contendat. Atque iterum, Turpe est viro quicquam eorum quæ domi sunt, facere.

De eadem re.

Mulieres veriù  
domesticarum  
custodes.

Vir ignoret  
quæ intra aedes  
fiunt.

3 Cuius item sententiæ assertor est, sed primus omnium, Homerus ille, qui intro- ducit Hectorem, vxorem ita alloquentem in 6. Iliados Rhapsodia, vti nos & alibi citauimus:  
Ἄλλ' εἰς δίκου ἰδέε, τὰ σαυτὶ ὄργα νόμιζε.  
ἴσθῃ τ' ἀλαχρότω τε, καὶ ἀμφιπόλοισι λέλειδνε  
ἔργου ἐπιόχεδῃ, πόλεμον δ' ἀνδρῶσιν μελίσει.  
Id est ad verbum:  
Sed domum iens, tu ipsius opera cura,  
Telamque, columque, ancillis iube  
Opus adire: bellum autem viris curæ erit.  
Quos eosdem versus repetiit cùm in primo Odyssæ, tum in 2. r. eiusdè operis, nisi quòd in vl. versu pro πόλεμον, id est, bellum, scribitur μῦθος, id est, sermo, oratio: vtrobiq; eos pronuntiantem Telemachus faciens, monentem Penelopen matrem sui officij. Clytemnestra apud Euripidem, ita Agamemnonem maritũ alloquitur:  
ἔλθωμ ἢ τὰξω πρᾶσσε, καὶ θυμοῖς δ' ἐγώ. Id est, sicuti transfert Erasmus:  
Quin tu, furis quæ sunt, agis negotia:  
Curas ego tractabo domesticas.  
Naumachus quoq; Poëta Christianus, ita mulierem monet apud Stobæum c. 71.  
Ἄπει ἢ οἱ τὰ θυμῶν, τὰ καὶ θυμῶν πονεῖσθαι.  
Σοὶ δ' ἀικοφελῆ μελέτω, μελαδρόν τε φυλάσσειν.  
Externa negotia, quæ conficere potest, ipsi relinquant.  
Tibi vò cura rei familiaris sit, & custodia domus.

De eadem re.

Porrò apud Plutarchum in Romulo Romanorum vxores profitentur administrationem domus sibi à viris permiffam.

4 **¶** Ex sanctis quoq; scriptoribus Clemens Alexandrinus libro 3. Pædagogi. cap. 11. grauitè pronuntiauit, rem pulcherrimam esse mulierem domus custodem. Et eius discipulus Origenes Adamantius in Commentariis, quos propè diuinitus in Epistolam Pauli ad Ro. conscripsit, illud vltimi capitis enarrans, Saluta Mariam, quæ multum laborauit in nobis: inter officia mulierum illud reposuit, domum bene regere. Huius autem sub hoc propemodum intellectu verba sunt: Docet & in hoc debere etiam fœminas laborare pro ecclesijs Dei. Nam & laborant, cum docent adolefcentes sobrias esse, diligere viros, filios enutrire, pudicas esse & castas, domum bene regentes, benignas, subditas viris suis, hospitio recipere, sanctorum pedes lauare, & cætera omnia, quæ de officiis mulierum scripta referuntur in omni genere castitatis. Legerat Origenes Raguelem virum illum sanctum, cuiusq; vxorem, dum à se Saram filiam ad Thobiam maritum dimitterent, inter cætera præcepta, quæ illi dederunt, hoc illam admonuisse, reget familiam, ac domum mariti gubernaret, vt scribitur Thobia 10. c. tanquam domus gubernatio ad mulierem peculiariter spectaret. Id quod etiam insinuat D. Paulus ad Titum cap. 2. monens fœminas, vt domum curam habeant. Secundum quam sententiam, Lacæna quædam captiua facta, cum interrogaretur, quid facere sciret, domum, inquit, bene gubernare: vt est autor Plutarchus ad finem Apophthegmatum Laconicorum: veluti id officium præcipue deceat mulieres, Sed & Chryostomus in sermone, Quod regulares fœminæ viris cohabitent, Ciuilibus, ait, negotiis à viro susceptis, mulier sortita est domesticam administrationem, & curam. Idem in Epistolam Pauli ad Corinth. Homilia 13. Deus viro vniuersa non commisit, nec mulieri: sed pulchrè officia digessit, huic domum, illi forum tradens: & huic nutrire (agricolatur enim) huic amicare (rela enim & colus mulieris est) & texendi sapientiam commisit.

5 **¶** Apud Calæcos Hispaniæ populos fœminæ res domesticas administrant, vt testis est Trogus, & deinde Iustinus lib. 4. eodémq; vltimo. Hi autem sunt (si quis id fore desideret) quos olim Lusitanos vocabant, autore Strabone li. 3. quos item Portugaleses vocamus. Quamuis sint, qui Lusitanos, & Calæcos duos faciant. Sed vt ad rem redeamus, similiter apud Germanos vxor domus officia exequitur, vt scribit Tacitus. Et in hac sententiam lex apud Aegyptios ab Iside lata dicitur, autore Diodoro lib. 1. vt viri pollicerentur se omnia, intra penetralia vxorum arbitrio relictuos. Quamquam ab Herodoto scriptum est in Euterpe (quod an legi Isidis repugnet, alij videant) Aegyptios, quemadmodum & cælo, & flumine diuersa sunt ab aliis natura: ita pleraq; omnia à cæteris omnibus diuersa constituisse instituta, & iura. Apud eos enim fœminæ negotiantur, cauponanturque, & institutoriis operis vacant. Viri autem domi se continent textentes, aliâq; munera muliebria tractantes. Onera item capitibus gestant, fœminæ humeris: viri sedentes mingunt, fœminæ stantes. Quod & de iisdem tradit Mela lib. 1. in hæc verba: Forum ac negotia fœminæ, viri pensâ ac domos curant: onera illa humeris, hi capitibus accipiunt. Ex Herodoti autem sententia apud solos Aegyptios illud obseruatum videri posset. Legimus tamen & apud Gelos, siue matris Gelonos, eum quoque morem fuisse, vt agri à fœminis colerentur, domus edificarentur, cæteraque virilia officia exercerentur: à viris autem muliebria: quo nomine malè audierunt ab historicis scriptoribus. Et hoc inter cæteros retulit Clemens lib. Recognitionum 9. Sed & apud Gorgones solæ mulieres publica munera obeunt: viri autem rei domesticæ curam gerunt, tum obtemperantes fœminis, tum militiæ principatusque ac omnis Reipub. expertes, vt scribit Diodorus lib. Bibliothecæ 4. Quinetiam apud Seras viri crines implicant, domi desident vnguentis delibuti, & prorsus effœminati. Mulieres contra, capillum capitis tendent, virili cingulo se cingunt, & in agro omnia opera perficiunt: quod ab Epiphanio Cyprio admodum vituperatur, lib. Hæreseon 3. cap. 6.

Gelonorum quoque.

Gorgonum itæ.

Serum.

¶ Cat

6 **¶** Cæterum apud Græcos, & mox apud Romanos, tadémq; apud Gallos, cæterisq; omnes ferè populos lege natura viuètes, domesticus labor matronalis fuit, & domestica negotia mulieri tradita sunt. Quemadmodum enim à natura, comparata est viri opera ad exercitationem forensis, ita & muliebris ad domesticam diligentiam. Ex quo profectum videri potest, quod scribit Bart. in l. Titia cum testamento. §. vlt. col. 2. versu. quod si dixerit testator, iuncto versu. §. de legat. 2. quod vxores nostras, dominas domus vocare solemus, propter præminentiam, quam illis domi relinquimus, quod & idem dicit ipse Bart. consil. 56. Bar. fecit testamentum, in 2. dubio, & Ang. consil. 144. ad primum dico, factum autem incip. reuocatur in dubium, post princ. Lapus alleg. 110. in ciuitate Florentiæ, col. 16. in paruis, & Pe. Anc. consil. 237. qui in primo quaesito, col. 2. & Roman. consil. 118. quò ad primum, post princ. Ad quam sententiam illud reuocant, quòd supra diximus de viris, qui suas ipsorum vxores dominas appellant.

Vxores domine domus uocantur.

7 **¶** Ex quo fieri dicunt, vti testator quispiam habens liberos, vxorem suam dominam suorum bonorum relinquat, nõ propterea videtur illi relinquere dominium, sed alimenta tantum, cum ea præminentia in domo, quam & ante mortem testato res habuerat. De quo etiam per ipsum Bar. Bal. & alios in auth. hoc locum, C. si fec. nupt. muli. & Bar. consil. 9. super eo quod quaeritur, vbi eadem fermè dicit: & consil. 170. Petrus Maioli. & inter consil. Bal. in consil. 120. Nicolaus, & ibi Bald. in subscriptione, lib. 3. & per Bal. Imo. Pau. Ca. & alios Doct. & præcipue Paul. Pic. in repet. in 1. quaest. in d. l. Titia cum testamento. §. vlt. & Specul. tit. qui si sint legit. versu. quid si quis ita, & ibi Io. And. & Bald. in additio. & eundem Bald. in l. vl. col. 2. versu. quid si testator. C. de indi. vidui. vbi & illud dicit, quòd illa verba, Relinquo vxorem meam dominam, exponuntur iuxta vulgare Italicum, id est, donna, quasi caput regiminis in domo, sicut erat viuente marito. Et hoc (inquit paulò post) colligitur, ex comuni vsu loquendi, quia vxores nostras, dominas appellamus: & in c. vl. col. 4. versu. consuetudo interpretatur, extrâ de consuetu. & consil. 291. dominus Bar. lib. 3. & consil. 50. viso testamento, in fine lib. 5. Ang. consil. 97. Viuianus de monte, col. vlt. versu. restat, igitur videre. & consil. 109. in dicto testamento, col. 1. versu. restat igitur nunc videre, & consil. 301. factum tale legitur, in versu. quartum dubium, & Roma. consil. 153. hæc domina Francisca. & consil. 516. in casu propoſitæ consultationis, & Paul. Cast. consil. 160. considerandum est, col. vlt. versu. sed dubium est, li. 1. & consil. 413. ad primum quaesito, lib. 2. & Raph. Co. consil. 38. maritus quatuor filiis, col. 1. & Bened. Cap. consil. 4. cum de duobus, col. 1. & consil. 72. cum viso, & considerato in 3. dubio, col. pe. & consil. 154. cum prout in facto, & consil. 158. subscript. me. Phil. Cor. consil. 5. in hac consultatione. in prin. li. 1. & consil. 257. circa primum consultationis articulum, col. 2. eo. lib. 1. & consil. 3. super dicto themate, col. pe. versu. quantum autem ad relictum, lib. 2. & consil. 112. quamquam videntur, col. 2. & 3. eo. lib. & consil. 186. circa hanc consultationem, col. 1. eo. quoq; lib. 2. & consil. 173. etiam circa primum, col. 3. in prin. li. 3. & consil. 180. multitudo quaestorum, col. 10. in 13. quaest. lib. 4. & consil. 308. quòd dicta domina, col. 3. in litera Fe. eodem lib. 4. Alexander post Bartol. in l. et si contra tabulas. col. penult. versu. & ista inducit. D. de vulgar. & pupil. substit. & consil. 56. perlectis verbis, ferè per totum libro tertio, & consil. 29. viso themate, & dubitatione, etiam propè per totum, lib. 4. & consil. 214. ponderatis verbis, col. vlt. versu. non obstat, si contra, lib. 6. & Angel. Aretinus in Tractat. de testam. in glos. in versu. item reliquit dominam. Et Francisus Curtius senior consil. 11. statuto Parmensi, col. 2. versu. tertio facit. & consil. 14. nobilis testator, per totum, & consil. sequent. sæpe consului, etiam per totum, & Socinus consil. 210. satis anceps fuit, etiam per totum, libro secundo, & consil. 279. visa donatione, in 2. dubio, eodem libro secundo, & consil. 1. Francisus, col. 2. secunda, in secunda quoque quaest. lib. 4. Ioan. Corfer. & Anfr. in decis. Tholos. quaest. 462. intem fuit quaesitum quid operentur. Iaso. in l. cum hi. §. si in singulos annos, post medium, de transact. Philip. Decius quaest. 278. non leuis, col. 2. versu. vnde postremò, & consil. 454. iuridica, in 1.

Vxor relicta domina, alimenta tantum habet, cum præmentia domus.

dubio.& consil. 476. conclusionem,propè per totum.& Maria.Soci.iunior,consil. 99.proposita quaestio,col. 2.nu.12.lib.1.

Polygnoti pictura. Oeni funiculum torquere.

8 Vxorum igitur (vt tandem hoc concludam)peculiare genuinumq; officium est, domestica negotia curare: & quas maritus sub dio & magnis saepe laboribus coparavit domiq; locavit diuitias, sedula ac fideli cura custodire. Alioquin cõtinuò disperire, quod multo tempore, & negotio vir ipse quaesiuu, palam ostēdit Polygnoti, aut vt Plinio placuit li. 35. c. 11. Socratis pictura, in qua Oenus funiculum contexit, adstante asella, quæ quod contextum fuerit, afsiduè abrodāt. Hunc Oenum, vt scribit Pausanias lib. 10. quo de Phocicis tractat, hominē dicunt fuisse industrium, ac laboriosum, sed vxorem habuisse negligentem rerum domesticarum, sumptuosam, ac prodigā: & quæ quicquid is suo labore cõgessit, prorsus absumeret. Hincq; ab Ionibus dici solitum, si quem conspexissent in re quapiam elaborantem, quæ nihil afferret emolumentum, Hic homo funiculum Oeni contorquet. Sed & de huiusmodi Oeno ita scribit Propertius lib. 4. Elegiar. in Epistola Arethuse ad Lycotam:

Dignior obliquum funem qui torqueat Oeno, Aeternumque tuam pascat aselle famem.

Hanc Oeni effigiem Andreas Alciatus in suis Emblematis posuit cum his versib.

Impiger haud cessat funem contexere sparto, Humidaque artifici iungere fila manu.

Sed quantum multis vix torquet sirenuus horis, Proinus ignavi ventris asella vorat.

Fœmina iners animal facili congesta marito Lucra rapit, mundum prodigit inque suum.

Plutarchus autem in lib. πρὶ τῆς ὀθνηίας, id est, de tranquillitate animi, tradit eam effigiem fuisse depictam in æde Platonis.

Ancille domestica negotia deputanda, si vxor desit.

9 Cæterum illud prætermittendum non duximus, Homerum illum ingeniorum fontem, ita enim eum vocat Plinius lib. 17. cap. 5. ad eò mulieribus domestica negotia, rerumque domesticarum curam, atque custodiam deputasse, vt etiam prouinciam hanc ancillis demandauerit, si vxor desit. Nam lib. Odyssæ 15. circa initia inducit Mineruam ita Telemachum alloquentem:

Ἄλλ' ἂν γ' ἐλθῶν κῶτος ἐπιβέβησας ἕκασα. Δμῶσιν ἡὺς ποὶ ἀέϊσιν φαίνε' ἔνν,

Ἐἰσὸ κέλευθον οἱ θεοὶ λυδοῦν ἤγαγον.

Vt scilicet domum cum is peruenisset, omnia ancilla, quæ ei optima videretur, committeret, quoad Dije pudicam vxorem dedissent.

Fœmina optima de cuius nomine sermo non habetur.

10 Ideo cum fœminæ domi tantum rebus domesticis præsent, non improbanda videtur Thucydidis sententia, qui optimam esse fœminam censet, de cuius laude, aut vituperatione quàm minimus apud externos forisque sermo habeatur: existimans probæ mulieris nomen, itidem atque corpus, domesticis parietibus contineri oportere. Quamquam huic sententiæ refragatur Plutarchus in ipso statim ingressu illius libri, quem scripsit de Claris mulieribus, dicens sibi probabilius dixisse videri Leontinum Gorgiam, qui putat mulieris non formam solum, sed & egregium nomen, atque famam debere apud quàm plurimos esse vulgatam. Sed Thucydidis sententiæ accedit, quòd Dominus noster, Exodi cap. 3. & iterum cap. 11. monet viros Hebræos, vt ab amicis, mulieres autem, à vicinis & hospitibus iisdemq; mulieribus postulent vasa aurea, & argentea: quasi videlicet mulieres à vicinis & hospitibus, iisdemque mulieribus duntaxat sint cognoscendæ, n ullique illis amici, præter vicinos, sint comparandi: nec earum fama longius, quàm ad eos deferri debeat. Quod & inibi subobscure annotauit Nicolaus Lyr. & palam affirmavit Gregorius Nazanzenus in Documentis, virginibus conscriptis, & rursus in Monitorio, inquit:

Mulieres tantum à vicinis cognoscenda.

Αἰνῶ

Αἰνῶ θηλυτῶν τὰς ἀρσενες εἰδὲ ἰσῶσι.

Laudo ex fœminis, quas mares minime norunt.

11 Ideoq; Arigeus Lacedæmonius quibusdam laudantibus non suas, sed quasdam ex vxoribus alienis: Per deos (inquit) devxoribus aliorum nihil temerè dicendum est: ipsas enim prorsus ignorari decet, quales sint, præterquam ab iis, quibuscum viuunt: vt tradit Plutarchus in Apophthegmatis Laconicis. Sed & Euboïdas, vir quidam Lacedæmonius, quosdam audiens vxorem alienam laudantes, non approbabat, quòd diceret, nullum omnino verbum de muliebri ingenio ab externis esse faciendum: vt testis est idem Plutarchus: tanquam scilicet fœminam ab aliis agnosci, quàm à maritis, & parentibus, gradum aliquem faceret ad impudicitiam: aut parum pudica videretur, de qua viri vel cum laude loquerentur: sed ea demum summa matronalis pudicitia: laus haberetur, si mulier ad eò domi conclusa viueret, vt nullus esset, qui de ea vel bene loqui posset. Nam & qui laudat alienam vxorem, videtur habere cognitam, cuius ipse laudes prædicat: quod quidem detrahit pudori fœminico. Parthi, vt scribit Iustinus libr. 41. fœminis non conuiuia tantum, verum etiam conspectum virorum interdiciunt. Quod & nostra tempestate Itali maxima ex parte obseruunt. Augustus Cæsar filiam, & neptes extraneorum cœtu ad eò prohibuit, vt Lucio Tucinio claro iuueni scripserit, parum modeste fecisse eum, quòd filiam suam Baias salutatam venisset. Autor Tranquillus.

Arigeus.

Euboïdas.

Parthi fœminis conspectum interdiciunt. Itali quoque. Augustus filiam & neptes extraneorum prohibuit.

Fœminæ domi se continere debent, non foris euagari.

12 Sed vtunque sit de fama & nomine (nec enim hoc loco meam interpono sententiam) de corpore tamen inter omnes conuenit, vt domi contineri, non etiam foris euagari debeat. Vnde diuinus ille poëta, Ode 127. Vxor, inquit, tua in lateribus domus tuæ. Et Diuus Paulus 1. ad Timotheum 5. non facit ius mulieribus, præsertim viduis, circumeundi domos. Et Nazanzenus in illis ipsis Documentis virginum:

Μηδὲ θύμοις ξένοις ἠρῆσο, μηδὲ τραπέζαις.

Id est,

Neque domibus externis asideas, neque mensis.

Et alibi in eo carmine, quod Elegis versibus contra mulieres ornatas Græcè composuit, in eam quoque sententiam:

Ὁ τράπεζον δὲ γυναιξί, τὸ τίμιον, οἰκασθὲ μίμνην

ῤεῖσθαι, καὶ θεοῖς προσλαλέη λογίσι,

Ἰσῶ τ' ἀλακῆν τε, τὸ γὰρ γέρας δὲ γυναικῶν,

Δμῶσιν ὄρεα νέμει, δμῶσιν ἀλευμέναι.

Χάλεσι δλεσθὰ φέρει, καὶ ὄμμασιν, ἠδὲ περσῆσι,

Μηδὲ πόδα προθύρων πολλὰς ἐκτός ἐχθι.

Id est ad verbum:

Mos est mulieribus (res pretiosa) domi manere

Plurimum, & diuinis alloqui sermonibus,

Telæque susoque (hoc enim munus est mulierum)

Ancillis opera distribuere, seruos vitare,

Labijs vincula ferre, & oculis atque genis:

Neque pedem extra vestibula sepe habere.

Et rursus in suo illo Monitorio mulierem alloquens:

Ἐὰν πάλιν ἐκ προθύρων ἀέμπεθον πόδα, μηδ' ἐπὶ τέρψιν,

Ἐαυδῆμον καὶ ἀκοσμον ὀμνύωμι, ἢ γὰρ ἐρεῖθῃ

Ἄρεα καὶ δαίνισσι, τὰ δ' ὀμῆσαι ὄμμασι μίσθ,

Ἄιδος δ' ὀρχαίων, πάντων γενέτρε λακίσων.

Id est,

Non multum extra vestibula mitte pedem, neque ad delectationem

Popularem, & immodestam turbam: hæc enim pudorem

Auferit & prudentibus, oculos verò oculis miscet.

Pudor enim abiens, omnium genitor malorum est.

Et post pauca:

Οἰκός σοι πόλις δὲ, καὶ ἄλσος, μὴ δ' ὄρεα δὲ

Ἄλλοις, ἢ πηδῶσι ἀώφροσιν, ἠδ' ἱερῆσι.

Id est,

Domus tibi urbs est, & memora, non videaris

Ab alijs, quam affinis temperantibus, atque sacerdote.

13 ¶ Alius poeta, sed ethnicus, Menander apud Stobæum in Præceptis nuptialibus:

τὸς ἢ γαμετ' ὄρεϊς ὑπερβαίνης γυναι  
διὰ πλὴν αὐλαῶν. πέραις γὰρ αὐλῆς θύρα  
ἔλευθέρη γυναικὶ νενομίς δίκαια.  
τὸ δ' ἐπιδιδόντων, εἰς τε πλὴν ὄρου πρῆξιν  
ἔτι λυδουμένην, λυαὸς ἐς ἔργον, πόδ' ὄν.  
Id est, ex translatione Conrardi Gesneri:

Excedis, o mulier, limites uxoris  
Per atrium. Nam vestibuli fores, ultra  
Domum esse ab ingenua matrona existimantur.  
Vtius autem persequi, & in viam currere,  
Canis est opus, idque conuicijs affecti, o Rhode.  
Sed & idem in eodem loco:

ἔνδορ μέντοι τῆν γυναικ' εἶναι χρεῶν  
ἔδλω', θυγάτη δ' ἄξιον τὸ μνδ' εὖος.  
Itus manere mulierem oportet

Bonam: egredientes autem foras, nullius pretij sunt.

Ante hos Homerus in Hymno Venetis, tradit Palladem docuisse pulchra opera in domibus.

ἦ δὲ τε περιθεικῆς ἀπαλοχόας ἢ μετὰροιστῆ  
Ἄγλαα ἔργ' ἐδιδάξευ.--

Et Achilles Euripideus in Iphigenia in Aulide, de fœmina loquens:

Maneat (inquit) domi: pudicam enim decet pudor. Ita enim scribit:

Μενέτω κατ' ὄικος, σεμνὰ γὰρ σεμνόνετ'.

Et Macaria apud eundem in Heraclidis, posteaquam illud dixit:

γυναικὶ γὰρ σιγὴ τε, καὶ τὸ σωφρονεῖν  
κάλλιστον.-- (quod nos alibi ad aliud citauimus) continuò illud subiungit:

ἦ ἴστω δ' ἡσυχον μέντη δμου.

Mulieri enim silentium est modestia

Pulcherrimum: intus verò tacitam manere domi.

Et est Senarius Græcus in eam sententiam:

γυναικὸς ἐδδλῆς ὄδ' ἀδύνη οὐκ αἶμα.

Aedes suas seruasse, uxoris est bonæ.

14 ¶ Galenus lib. 11. de Vfu partium, scribit fœmininum genus non postulasse pilos in facie sibi aduersus frigora auxiliaturos, quòd sub tecto maximam vitæ partem exigere debeat. Et Chrysofomus in Epistolam Pauli ad Timotheum, Homilia 10. monet matres, vt curent sollicitè, vt filia domi sint iugiter. Et in 60. in Ioannem Homilia scribit mulieris esse, domi philosophari, aut vt alij vertunt, domi tãquam in quodam philosophia gymnasio federe. Et li. de Sacerdotio 3. Virginem (inquit) oportet vndecunq; tanquam muro circumseptam esse, ac toto anno perrarò domo egredi: idque demum cum inexcusabiles ac necessariae cause vrgebunt. Et paulò antè: Virginem non conuenit neque frequentes, neque superuacuas inambulationes agere. Ac rursus: Neque ei licet frequenter in forum descendere: neque si quando eò descenderit, occurrentium oculis conspicua esse cogitur. Diuus quoque Ambrosius in Lucam lib. 2. Discite (ait) virgines non circuncursare per alienas aedes, non demorari in plateis, non aliquos in publico miscere sermones. Quam sententiam citat è nostris Mathæus Afflic. in Constitutione Siciliæ incip. mulieres. Idem Ambrosius lib. 2. de Virginibus, loquens de virgine Maria: Prodire (inquit) domo nescia, nisi cum ad ecclesiam conueniret: & hoc ipsum cum parentibus aut propinquis. Sed & idem lib. epist. 8. epistola 64. expendit ex sacris literis, Mariam ipsam fuisse domi repertam, cum ad eam Gabriel venit. Et hoc quoque idem

De eadem re. Fœmine in facie pilos non desiderant. Mulieris est domi philosophari.

annot

annotat in alio loco, quem postea citabimus, cum de gynæceo loquemur. Quin & ipse quoque, in libr. de Arca Noe, c. 13. scribit, diem ad virum referri, noctem ad mulierem. Quoniam ille (inquit) actu publico sit clarior, ista obscurior, tanquam domesticis clausa parietibus. Diuus item Hieronymus ad Eustochium, de Custodia virginitatis, eam monet, ne domum exeat, in idque torquet illud Cantorum, Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus.

Dies ad virum, nox ad fœminam refertur.

15 ¶ Ad quod etiam referendum est, quod sacrae literæ perhibent Esau à patre, Iacob verò à matre dilectum: per hanc dilectionis amborum, ac fratrum differentiam, vnus videlicet à patre, alterius à matre, actiuam ac contemplatiuam vitam insinuari. Nam etsi vir muliere præstantior est, vt latè suprâ diximus, & comprobauius, actiuam tamen vita per viri, contemplatiua verò per mulieris proprietatem quodam modo intelligitur. Est quippe viri officium extera quædam negotiatio, similis practico & actiuo intellectui, qualis fuit ipsius Esau, qui, vt eadem scriptura recenset, venator erat, & agricola, id est, vt interpretatur glossa, quam interlinearem vocant, exercens exteras actiones. Mulieris autem proprium est adinstar memoriæ, vt intus immota sedeat, sicut Iacob, qui fuit vir simplex, habitans in tabernaculis, & ob id Israël, id est videns Deum dictus: qualis certè contemplatiui hominis mens, atque intellectus est, vt etiam annotauit Eusebius lib. Præparationis Euangelicæ 11. cap. 4. Dilectio igitur Esau à patre, vitam actiuam: dilectio verò Iacob à matre, contemplatiuam refert, quod & scitissimè quidem, & elegantissimè, vt cætera omnia scribit Carolus Bouillus in quæstionibus Theologicis, lib. 6. Sed & Diuus Thomas Aquinas in opusculo de Sacramento altaris, c. 7. posteaquam traxit ad figuram sacramenti altaris, illud quod scribitur Genesis 27. c. de benedictione Iacob, in qua decepti sunt sensus Isaac, putatis sentire Esau, dum, sentit similitudinem eius, qui velatus erat Iacob, hæc ferme subdit: Scendum quòd in illa figura Dominici corporis quatuor erant personæ, Isaac, & Rebecca, & Iacob, & Esau: quasi masculus, & fœmina significant duas naturas in nobis, scilicet corpus, & animam: masculus qui magis solet esse manifestus, & exterioribus plus intendit, significat hominem exteriorem, id est, corpus cum suis sensibus: fœmina quæ domi residet, & familiam regit, hominem interiorem, id est, animam, quæ salutis suæ, & aliorum gerit curam, & cætera quæ sequuntur.

De eadem re. Esau cur à patre, Iacob à matre dilectus.

Vir actiuam vitam, mulier contemplatiua representat.

16 ¶ Et vt istud rursus auctoritate externorum, ethnicorùmque hominum comprobemus. Non aliud exprimere voluit Phidias illustris ille pictor, qui Eliensibus Venerem, testudinem calcantem pinxit: eo symbolo, veluti tacita ambage, indicans mulierum esse munus, diuiciam, καὶ σιωπῆν, id est, ædium custodiam, & silentium. Autor Plutarchus in Præceptis connubialibus, c. 33. & in lib. de Iside & Osiride, & meminit Stobæus, Serm. 7. 2. & Pausanias lib. 6. Et id quoque attingisse videtur Tibullus lib. 3. Elegia item 3. illo versu,

De eadem re. Venus testudinem calcans.

Tibulli locus animaduertus.

Et fauceas concha Cypria vefta tua.

Id quod tamen prætermisit interpret. Et Papinius lib. Syluarum 1. in Epithalamio Stellæ & Violentillæ:

Statij locus animaduertus.

Hæc & caruleis mecum consurgere digna

Fluctibus, & nostra potuit considere concha.

Quo in loco Domitius id aliò transfert. Et iterum lib. 3. eiusdem operis in Coma Eariini:

Ite, dabit cursus mitis Cytherea secundos,

Placabitque Notos: fors & de pube timenda

Transferret, inque sua ducet super æquora concha.

Et hinc Martialis lib. 2. in Gallum vocat conchas Cytheriacas, id est, Venercas:

Martialis locus animaduertus.

Leuior ò conchis Galle Cytheriacis.

Vbi & hoc silenter præterierunt interpretes, aliàs oculatissimi. Sed & Propertius concham Erycinam appellat:

Et venit è rubro concha Erycina mari.

Plauti locus a- Et ante hos omnes Plautus in Rudente, de ipsa Venere loquutus:

nimaducrus. Te ex concha natam esse autumant.

Plinij locus. Vbi & quatuor interpretes huius rei non meminerunt. Et aliquid à Plinio, veluti transeunter, libr. 9. cap. 25. traditur, qui tamen locus mendosus est. De ea autem Phidias pictura Alcibiades noster in Emblematis hoc quoque reposuit:

Alma Venus, quenam hec facies? quid denotat illa

Testudo, molli quam pede Diana premis?

Me sic effinxit Phidias, sexumque referri

Fœmineum nostra iussit ab effigie.

Quòdque manere domi, & tacitas decet esse puellas,

Supposuit pedibus talia signa meis.

Quamquam scio, Placiadem aliam eius rei rationem afferre libr. Mythologiarum 2. ex auctoritate Iubæ in physiolog. nempe quòd testudo toto corpore simul aperto in coitu miscetur.

17 ¶ Sed & Plutarchus ipse (vt ad eum reuertamur) paulò antè scripserat Aegyptiis

mulieribus non uti calciamentis, patrium morem fuisse, vt se domi continerent. Subditque mox, Ac pleræque fœminæ, si auratos calceos, & armillas, & femoralia adimas, purpuramque, & margaritas, domi manerent. Macrobius libr. Saturn. 7. c. 1. tradit, Parthos solere cum concubinis, non cum coniugibus inire conuiuia, tanquam has & in vulgus prodire & lasciuire quoque, illas non nisi domi abditas tueri deceat testum pudorem. Cui concinit & Iustinus, quo loco suprâ citauimus, nume. 11. ne id repetamus. Sed vt iterum Plutarchum resumamus, is sanè Problematon Rom. c. 100. testis est, Romanos maribus nono die, fœminis octauo nomina imponere consueuisse. Cuius rei cum multas causas subiiciat, hanc quoque inter alias esse dicit, quòd in numeris nouenarius primus est tetragonus ab impari & perfecto ternario. Octonarius autem primus cubus à binario numero, quem parem esse constat. Oportet autem quadrangulum esse & imparem & perfectum: Vxorem autem, sicut cubum, stabilem, & domum seruantem, & immobilem. Hæc ibi. Seneca autem in laudem suæ materteræ, scribit eam per 16. annos, quibus maritus ipsius Aegyptum obtinuit, nunquam in publico fuisse conspectam, neminem prouincialium in domum suam admisisse. Itaque loquax (inquit) & ingeniosa in contumelias Præfectorum prouincia, in qua etiam vitauerunt quidam culpam, non effugerunt infamiam, veluti vnicum sanctitatis exemplum suspexit.

De eadem re. Aegyptie mulieres calcamentis non utuntur.

Parthi cum concubinis, non cum

xoribus conuiuia inuunt.

Maribus 9.

die, fœminis 8.

nomina imponantur.

18 ¶ Theognidis quoque sententia est in eam rem,

Ἐχθαίρω δὲ γυναῖκα περιδρομον, αἰδέομαι τε μάτρον.

Odi verò mulierem circumdrosantem, & virum ignauum.

Et Epicharmi apud Stobæum, Sermone 67.

ἔστι δὲ καὶ φιλέωδον τε καὶ λάδον, καὶ σαβίλην,

ὄν γυναῖκα ἔξῃς, ἥτις δὲ ἀτροχία κοσμημένη.

Quibus significatur, quòd si vxorem duxeris frequenter domo exeuntem, loquacem, & supertuosam: nõ vxorem te habiturum, sed instructum per vitam infortunium.

Et Sceledrus Plautinus in Milite:

--Te alloquor (ait) viti probrique plena,

Que circum vicinos vages.--

Artemidorus autem Daldianus libr. de Interpretatione somniorum 1. c. 52. Si quis (inquit) se in mulierem transmutari somniet, diuini malum est, & maximè Remp. administranti. Nam vt plurimum mulieres sunt domus custodes, & intra rectum seruantes, ideoque id somnium, omni magistratu eum exiit, qui id videt. Et libr. 2. c. 35. Minerua, ait, in somnis visa, bona est vxorem ducere volentibus: pudicam enim, & domus custodientem, vxorem futuram esse præfagit. Pausanias libr. 5. tradit Olympiæ olim latam legem fuisse, ne mulieres ad Olympica certamina, spectandi

Virum in fœminam mutari in somnis quid significet.

Minerua in somnis visa.

Mulieres olim

standi gratia accederent. Hanc autem pœnam, præuaricantibus eam, constitutam fuisse, vt è Typeo monte prærupto præcipitarentur. Et huc alludens Papinius libr. 1. Thebaïdos, ita cecinit:

--Exclusæque expectant præmia matres.

Quo in loco Laetantius Firmianus, siue alius (quod magis credo) interpres quidem doctissimus, hoc quoque ipsum annotauit. Sed & eius moris meminerunt Menander Rhetor, & Valerius Maximus libr. 8. c. 16. eodémque vti. in fin. & nos alibi mentionem quoque huius rei fecimus, videlicet in leg. 4. connub. numer. 37. incip. sed quod de certaminibus.

picis certaminibus spectantibus gratia interdicta.

19 ¶ Et sanè illud certum est, Romanas quondam mulieres velut patrio instituto sese domi continere solitas. Quod vel hinc faciliè coniectari est, quòd C. Sulpitius Gallus vxorem dimiserit, quoniam eam capite aperto foris versatam cognouerat. Et Q. Antistius idcirco repudiasse vxorem dicitur, quòd illam in publico, cum quadam libertina vulgari loquentem viderat. Publius quoque Sempronius Sophus, coniugem repudij nota affecit, quoniam se ignorante ludos spectasset. Quorum testis est Valerius libr. 6. Rerum memorabilium, c. 3. Et præterea Sulpitij ac Sempronij, Plutarchus in Problematis, c. 13. Sed & hoc apertè ostendit Cornelius Tacitus & Historicus, & Orator clarissimus, in eo libro, quem de Claris Oratoribus scriptum reliquit, cum de priscis Romanis loquens, lampridem, ait, suis cuique filius ex casta parente natus, non in cella emptæ nutricis, sed gremio ac sinu matris educabatur: cuius præcipua laus erat tueri domum, & inseruire liberis. Hæc Tacitus.

Mulieres Romæ domi se continere solite. Mulieres repudiate quòd foris uersarentur.

20 ¶ Ex quibus & illud factum videri potest, quod apud Tullium libr. 3. de Oratore, L. Crassus Orator ita dicit: Equidem cum audio soerum meam Læliam (facilius enim mulieres incorruptam antiquitatem conseruant, quòd multorum sermonis expertes ea tenent semper, quæ prima didicerunt) sed eam sic audio, vt Plautum mihi & Næuium videam audire. A quo non admodum distat, quod scribit Plinius Iunior libr. Epist. 1. ad Euritium, de epistolis vxoris Pompeij Saturnini, Legit (inquit) mihi nuper epistolas, quas vxoris esse dicebat, Plautum vel Terentium metro solutum legi credidi. Hanc autem mulierum Romanarum consuetudinem Constantinum Augustum vnà cum colonia ex vrbe Roma Constantinopolim transfulisse putat Philelphus, in ea epistola, quam eleganter scripsit ad Laurentium Medicem, de differentia sermonis Latini, & Literalis: Quoniam nobiles illæ Constantinopolitanae mulieres, vt ille ipse refert, pro veteri quodam more semper se domi continerent, neque interdiu vnquam egrederentur.

De eadem re. Mulieres incorruptam sermone antiquitate retinent.

21 ¶ Quamquam dici potest, Constantinopolitanos non à Romanis hunc morem mutasse: sed à suis maioribus, illis videlicet veteribus Græcis (sita enim est in Græcia Constantinopolis, olim Byzantium dicta) veluti iure hæreditario per manus accepisse. Apud illos enim negat Cicero, in tertia in Verrem actione, moris fuisse, vt in conuiuium virorum mulieres accumberent. Et, vt tradit Aemilius Probus in proœmio sui operis, apud eosdem fœmina neque in conuiuium adhibebatur, nisi propinquo: neque sedebat, nisi in interiore parte ædium, quæ γυναῖκωνίτις appellabatur: quò nemo accedebat, nisi propinqua cognatione coniunctus. Est igitur Gynaconitis (vt obiter illud dixerim) atque etiam Gynæcium, siue Gynæceum, locus adium secretior, in quo solæ mulieres habitabant: dictus & ab ipsis mulieribus, quas Græci γυναῖκας appellant. Vnde Panthædas Spartanus, cum in Asia obiret legationem, ostentantibus quibusdam murum valde munitum, latum ac sublimem, fertur dixisse, καὶ τὰς θεὰς, ἃ ἔνοιο, καλὴν γυναῖκωνίτις. Id est, Per deos, ò hospites, pulchra Gynaconitis, id est, domus mulierum. Autor Plutarchus in Apophthegmatis Laonicis. Qui & ipse idem propè dixisse Agidem Archidami filium refert, item Agefilæum illum magnum Lacedæmoniorum regem. De Gynæcio

De eadem re. Græcorum mulieres in conuiuiis uirorum non accumbunt.

Gynæcium.

Panthædas dictum de muro munitissimo.



næceo autem Plautus in Mostellaria:
Dare vult uxorem filio, quantum potest:
Ad eam rem facere vult nouum Gynæceum.
Sed & Terentius in Phormione:
Vbi in Gynæceum ire occipio, &c.

22 De huiusmodi autem Gynæceis, atque Gynæciariis fit mentio in l. vnusquisque.
iterum de Gynæceis.
Gynæciarij.
Andronitis.
In princ. C. ad leg. Iul. repet. & in Rubric. & iterum in l. 2. 3. 5. & l. fi quis ex corpore.
C. de mulie. & Gynæ. libr. 11. & l. 1. tit. seq. de vesti. holo. & in l. vlti. C. de mili. vesti. lib. 12.
In quibus locis Gynæcium etiam capitur pro loco secretiore, in quo opera textoria, & ita muliebria conficiuntur: & Gynæciarij pro iis, qui ea muliebria opera conficiunt.
Sed & Gynæconitidis mentionem fecit Procopius in Bello Vandalico, libr. 3. vbi satis declarat locum esse secretiorem.
Vitruuius autem libr. Architectura 6. c. 10. describit Gynæconitidem, atque etiam Andronitidem, quæ est ea domus pars, in qua viri sine interpellationibus mulierum versantur.
Vnde & ea faceta responsio Diogenis Cynici apud Laërtium, qui cum ex Lacedæmone Athenas reuerteretur, interrogatus, vnde & quò veniret, ἐκ τῆς ἀνδρονίτιδος (inquit) ἐς τὴν γυναικονίτιν.
Id est, ex domo, siue habitatione virorum, in domum mulierum.
Aut vt per μέτρον μίαν Ambrosius vertit, à viris ad foeminas.

23 Hic autem obiter corrigendum, quod obrepfit in Diuum Ambrosium, in loco huic rei de qua tractamus, accommodatissimo.
Is est in Adhortatione ad virgines: Nullus, ait, fit tunc sine matre progressus, quæ sit anxia custos pudoris.
Ipsa quoque ad ecclesiam progressio rarior fit adolescentulis.
Confidera, quanta fuerit Maria, & tamen nusquam alibi, nisi in cubiculo reperitur, cum quaritur, illa te doceat, quid sequaris.
Angelum vidit, & paucbat in corde, peregrinabatur in aspectu: vnde dicit ad eam Angelus, Ne timeas Maria.
Decet solitudo verecundiam, & gymnasium pudoris secretum est.
Expunge verbum illud, gymnasium, & repone, Gynæcium: neque enim aliter sententia constat.
Sed imperitus quispiam non intelligens quid esset Gynæcium, corruptit textum Ambrosij, Illud autem sciendum est, Latinos id vocare Conclauē, quod Græcis Gynæcium dicitur.
Terentius in Eunucho:
Virgo in conclauē sedet.
Nam & antè illud dixerat:
In interiore parte vt maneam solus cum sola.
Vt hinc facile intelligas, ipsum Gynæcium, quod in interiore parte domus erat, conclauē quoque dici.
Sed & idem in Heautontimorumeno:
Est mihi vltimis conclauē in edibus quoddam in interioribus tectis.
Quibus in locis Donatus, & Calphurnius interpretes, ille in priore loco, ille in posteriore, Est, inquit, conclauē locus in interioribus tectis separatiore, aut vt alij legunt, superior, quod magis placet.

24 Id quod conuenit multis Homericis locis, quibus ostenditur Gynæcia fuisse in loco domus editissimo, & accessu difficillimo.
Nā li. Odyssæ primo de Penelope:
Ἔς δ' ὑπερῶν ἀναβάσσει σὺν ἀμφιπόλοισι γυναιξίν
Κλάειν.
Id est, ad verbum:
In tabulatum (aut si mauis, in superiorē partem domus) ascendens cum ancillis foeminae
Flebat.
Quod & ad verbum propè bis repetitur in libro quarto eiusdem operis, vbi & ipse Poëta de Penelope quoque loquitur.
Sed & rursus paulò post:
ἢ δ' ὑπερῶν αὐτὴ περὶ φρονίμων πωλόπιδε
Κέρ' ἂν ἄσιν.
Hæc autem in loco edito illic prudens Penelope
Iacebat abstinent.
Et libr. 15.



Ἄμ' ἀπὸ τῆς ὑπερῶν ἰσὺ ὑφανί.
Sed ab his in loco edito telam texit. Et libr. 16.
ἢ μὲν ἂν ἐβαναβάσσει ὑπερῶν σιγαλόγντα
Κλάειν.

Hæc autem ascendens in superiora splendida
Flebat. Et libr. seq. & iterum libr. 19.
ἢ ποὶ ἐγὼν ὑπερῶν ἐβαναβάσσει
Λέξομαι ἐς δίνην. Id est,
Certe ego in superiora ascendens
Dormiam in lectum.

Verba sunt eiusdem Penelopes. Et libr. quoque 18. eandem fecit descendentem ex superioribus, posteaque in eadem ascendentem.
Nam primum:
ἄς φραδὴν κατέβαν' ὑπερῶν σιγαλόγντα. Et paulò post:
ἢ μὲν ἐπεὶ ἀπέβαν' ὑπερῶν δια γυναικῶν. Et libr. 19.
ἄς ἐπύσο', ἀπέβαν' ὑπερῶν σιγαλόγντα,
ὄν ὄν, ἄμα τῆ γῆ καὶ ἀμφιπόλοισι γυναιξί.
Ἔς δ' ὑπερῶν ἀναβάσσει σὺν ἀμφιπόλοισι γυναιξίν. Id est, ad verbum:
Sic dicens, ascendit superiora splendida
Non sola, cum ea & famule ibant aliæ.
In autem superiora ascendens cum ancillis mulieribus.

Quem postremum versum repetit libro quoque 23. Et libr. Iliados 2. in Catalogo:
παρθένῳ αἰδῶν ὑπερῶν ἐβαναβάσσει.
Virgo verecunda superiora ascendens.
Et libr. 22. de Andromache loquens:
Ἄμ' ἦγ' ἰσὺ ὑφανεὶ μυχῷ δῖος ὑψήλοισι.
Sed telam texebat in conclauē domus altæ.

Id quod obseruatum fuisse video apud Hebræos, ex cap. 3. Thobia, de Sara filia Ra. Et apud Hebræos.
guelis: Ad hanc vocem perrexit in superius cubiculum domus suæ. Et Judith 8. Et in superioribus domus suæ fecit sibi secretum cubiculum, in quo cum puellis suis clausa morabatur.

25 Sed vt ad rem redeamus, quod dictū est de Lacedæmoniis, ex eo quoque probatur, quod à Græcis autoribus traditum est, Dioscuros, quos Castores Latini vocant, ad Phormionem quandam Lacedæmonium hospitem effugisse, qui se ex Cyrenaica regione venire dicerent: cumque orasse, vt in conclauē quodam, ædium parte remota & abdita, sibi locum quò diuerterent, dare vellet: Nam eam domus partem sibi gratam fuisse, etiam dum inter homines degerent, affirmabant. Quibus Phormio se quidem libenter reliquam domum illis cōcessurum esse respondit: conclauē autem illud nequaquam illis exhibere posse, in quo filia virgo, quam vnicam summo asseruabat studio, habitaret. Sub hæc discessisse Dioscuros: verum postridie eius diei virginem illam & omnem ipsius cultum, atque vniuersum famulitium euauisse in medio autem conclauē Dioscurorum imagines repertas fuisse. Quibus etiam concinit quod scribit Antigonus autor Græcus apud Euripidem: Virgines in ædium secessu versari solitas in Parthenone, qui locus ab earum statione sic dictus est: nec inde matris aut custodis iniussu pedem virgini efferre licebat. In quem sensum Ianus Parrhasius interpres doctissimus, refert illud Claudiani de Proserpina loquentis:

Florebat tranquilla domus, nec limina virgo
Linqere, nec virides audebat visere saltus,
Præcepis obstricta tuis, te labor illi.

26 Et huc quoque pertinet, quòd apud Græcos Bona dea θεὸς γυναικεία dicebatur, quàm quàm extra Gynæconitidem nunquam sit egressa: nemòque illam dum vixit, præter virum suum, mas viderit, egressa.

Bona Dea nunquam extra Gynæconitidem nunquam sit egressa.

nec nomē eius audierit, nec marem ipsa vnquam eam viderit, præter ipsum maritum: ob id que illi in aperto sacrificabant, vt etiam refert Laetantius, lib. 1. cap. 2. 2. & non nihil meminit Macrobius in Satur. Vbi & hinc proditiū dicit, quod non liceat

Maritis non licet templū Bonæ deæ intrare.

viris, eius templum intrare. Ex quo & illud Tibulli lib. 1. Elegia 6.  
*Sacra Bonæ maribus non adeunda Deæ.* Et Ouidi j lib. 5. Faكتورum,  
*Templa patres illic oculos exosa viriles,*  
*Leniter accliuu constituere loco.*

Et lib. 3. de Arte amandi:

*Cum fugat à templis oculos Bona Dina virorum.*

Item illud Propertij lib. 4. de Hercule:

*Femine a loca clausa Deæ fontisque perennes*

*Impunè, & nullis sacra relecta viris.*

Vnde & Seneca 16. Epistolarum libro ad Lucilium, scribit, viros omnes à conspectu religionis Bonæ Deæ sic arceri, vt picturæ quoque, masculorum animalium contegantur. Ex quo & illud Iuuenalis Saty. 2.

*— Vbi velari pictura iubetur,*

*Quæcumque alterius sexus imitata figuram est.*

De qua re etiam & Tullius in Oratione de Aruspicum responsis:

27 De eadem re. Epitaphiū antiquum memorabile.

His autem, quæ de Romanis diximus, ad stipulatur elegantissimum cuiusdam Claudiæ Epitaphium, Romæ inter cætera vetera monumenta repertum, in regione Transiberina, in capite pontis Diui Barptolemæi, in quo quidem inter alia pleraque, quæ ad laudem ipsius Claudiæ dicuntur, illud adiectum est, quod domum seruauerit, veluti cætera parui momenti & ponderis essent, nisi & hoc fuisset. Epitaphium ipsum antiquitatis ergo hinc adscriptimus:

*Hospes, quod deico paululum est, adstra, & pellege.*

*Hæc est sepulchrum haud pulchrum pulchraî feminaî:*

*Nomen parentes nominarunt Claudiam.*

*Suum maritum corde dilexit suo.*

*Gnatos duos creauit: horum alterum*

*In terra linquit, alium sub terra locat.*

*Sermone lepido, tum autem incessu commodo.*

*Domum seruauit, lanam fecit, dixi, abei.*

28 Sed & huc vergit illud Propertij lib. 2. Elegiarum, Elegia 6.

*Felix Admeti coniunx, & lectus Vlyssis.*

*Et quæcumque viri femina limen amat.*

Limen pro domo.

Inibi enim limen pro domo accipitur, vt alibi apud eundem, ad Gallum:

*Ah mea contemptus quoties ad limina curres!*

Et in eo loco, quem ex Claudiano nuper adduximus. Et alibi sæpe apud bonos auctores. Liuius statim in princ. lib. 4. Belli Macedonici: Matronæ nulla nec autoritate, nec verecundia, nec imperio virorum contineri limine poterant. Ouid. lib. 4. Faكتورum:

*Limen vt intrauit, luctus videt omnia plena.*

Et Plinius iunior ad Quadratum, lib. 9. Epistolarum: Rogo vt veniat, quia me recens adhuc luctus limine continet. Et Vlpia. noster in lillicitas, §. illicita. D. de off. præsid. ibi, limine nico. vbi tamen Accursius non intelligēs, quid illic limen esset, legit lumine pro lucerna vel oculo.

Iurisconsulti eius ab interprete perperâ acceptus.

29 Cæterum, vt à femita in viam redeamus, Cato ille Cenforius omnium bonarum artium magister, in eo libro, quem de Re rustica & doctissimè & elegantissimè, si ad illud seculum respiciamus, conscripsit, inter cætera multa villicæ officia, quæ tanquam leges quasdam ei præscripsit, capite eius operis 143. Vicinis (ait) aliisque mulieribus quàm minimùm vtatur, nève ad eas domum eat, nève ad sese recipiat:

ad cce

ad cœnā ne quod eat, neque; ambulatrix fiet. Tantum abest, vt illi ius faciat viros alienos conueniendi, vt etiam confucrudinem aliarum feminarum eis interdicit. Quod & ante illum Euripides fecerat in Andromache, de omnibus tamē mulieribus nedum de villicis loquens:

*Ἄλλ' ἄωσ' ἄωσ' (ὃ γὰρ ἐστὶν ἐγὼ)  
 καὶ τὸς γὰρ νῦν ἔχοντες οἷς δὲν γυνή,  
 πρὸς τὴν γὰρ οἴκοις ἄλλοθεν ἐσφοιτῶν ἐγὼ  
 Ἰωάννης: αὐτὸ γὰρ δὲ δ' ἄσκαλοι λακῶν.  
 Sed nunquam, nunquam (neque enim semel dicam)  
 Oportet prudentes, quibus est vxor,  
 Ad vxorem in domibus accedere sine re  
 Mulieres: ipse enim præceptores sunt malorum.*

30 Neque in eam rem deest nobis legum testimonium, videlicet l. 1. C. de offic. diuer. iudic. in illis verbis, quæ intra domum, considerato sexu semet cōtineat, & in Auth. vt lice. mat. & auiæ. §. quia verò plurimas, vbi inter paucas causas repudiandi vxorem hæc vna est, quando vxor nolente viro, extra domum manserit. Quod & caetur in Nouellis, eo. tit. §. anteriores quidem constitutiones, versiculo, item si nolente marito, & in Authen. de nupti. §. mitiores, vbi etiam addit, si inuito marito in circensibus, & spectaculis, theatrisque adfuerit. Idque est, quod Plautus, quem supra post principium alicubi citauius, longo antè tempore dixerat:

*Vxor viro si clam domo egressa est foras,*

*Viro fit causa, exigitur matrimonio.*

Cui legi forte initium dederunt, & originem, Sulpitius, Antistius, & Sempronius, quorum nuper meminimus.

De eadem re. Legum testimonia.

31 Igitur non temerè scribit Specul. ti. qui filij sunt legi. §. j. verfic. quid si viro absente, quod vir potest cogere vxorem, vt se domi contineat, per text. in l. 2. D. de liber. exhib. qui tamen mihi videtur nihil ad hoc facere: sed eius sententiam comprobatur text. supra allegatus: & quod l. 3. C. de cond. insert. vxorem focariam appellat, nulla alia ratione, vt opinor, quàm quod ea priuatim focum viri seruare debeat. Et facit non minimùm l. 2. C. de his qui ve. ata. impe. vbi ait, feminas cœtui publico sese demonstrare non debere. Quod & repetitur in c. indemnitate. §. porrò. verfic. sed cum eas, de elect. lib. 6. Ex quo est illud Senecæ in Agamemnone,

*Quo more cœtus publico virgo petis?*

Et est ferè simile, quod scribitur in c. mulieres, quod est 2. in princ. de iudic. lib. 6.

Mulieres vagari non conuenit, nec virorum cœtibus immisceri. in cuius loci commentariis nouissimè editis à D. Ludouico Gomes, plurima ex his quæ in hoc capite scripseramus in priore nostra editione, illic transcripta sunt. Illud autem, quod adscriptum est in illo cap. 2. sumptum est, vt etiam dixeramus, & repetit ibi Gomes ex l. maritus. C. de procur. cuius verba sunt: Nec femina persequendæ litis obtentu conuenit, virorum cœtibus immisceri. Quod sumptum videtur ex l. maritus. C. de procur. cum scribitur, ne femina persequendæ litis obtentu, in contumeliam matronalis pudoris irreuerenter irruant, nec conuentibus virorum vel iudiciis interese cogantur. Vnde Tullius in Oratione pro M. Cælio, taxat Clodiam, quæ mente neficio qua effra nata atque præcipiti in forum deferri, iudiciūmq; voluisset.

Focaria vxor dicta.

Furtum ex hoc libro.

32 Vt non abs re nostris legibus prohibitum sit feminis postulare, ne contra pudicitiam sexui congruentem alienis causis se immisceant, vt scribitur in l. 1. §. sexum. D. de postul. vbi & illud subiungitur, originem huius introductam esse à Calphurnia improbissima femina: sed nisi me coniectura fallit, legendum est, C. Afrania, ex Valerio lib. 8. cap. 3. Hæc enim (vt is ibi scribit) inusitatis fori latratibus assidue tribunalia exercendo, ad muliebris calumniæ notissimum exemplum euasit: adeo vt pro crimine improbis feminarum moribus, C. Afraniæ nomen obiceretur.

Locus iurisconsulti correctus.

Nam, vt opinor, ex C. Afrania quispiam Calphurniam fecit. Hincque (vt redeamus) est illud Iuuenalis Saty. 6.

*Sed cantet potius, quam totam peruolet urbem  
Auda, & cœtus possit quam ferre virorum.*

Quam sententiam quoque exprimit Helena Euripidea in Oreste, cum dicit:

*ἔϊς ὄχλου ἔγρει μὴ θύοισιν ἰ καλόγ.*

*In turbam progredi virgines, haud honestum.*

Et facit etiam text. in l. optimam. C. de contrah. & commit. stipul. vbi naturalis pudor non permittit mulieres sese omnibus passim manifestare. & text. notabilis in c. mulier. 2. 3. dist. in hæc verba: Mulier quamuis docta & sancta, viros in conuentu docere non præsumat. Quod quidem est ex Concilio Carthaginensi 4. cap. 110. In quibus potissimum notandum illud verbum (sancta) ad id videlicet, vt ne sanctimonia quidem vllum huic sententiæ afferat præiudicium, quin obseruanda sit.

33 **Mulieribus** non opus est adire pontificem ad absolutionem.

Mulieres ferendi testimonij causa non tenentur in iudicium venire.

Vestales in iudicium veniebant ferendi testimonij causa.

Facit item c. mulieres. & c. de monialibus. & c. quamuis. extra de sent. ex com. vbi si mulieres inciderint in Canonem, si quis suadete, possunt ab Episcopo absolui: nec opus est vt adeant Summum Pontificem, sicuti viri: quoniam, vt dicunt Hosti. Ioã. An. Panor. & ceteri in d. c. mulieres. periculosum est mulieres peregrè proficisci, & se virorum cœtibus immiscere. Et ex hoc statutum est, ne mulieres vel ferendi testimonij, vel alterius rei causa cogantur personaliter, vt loquimur, in iudicium venire. d. c. mulieres. de iudici. Propterea etiam ad illas, cum iurare debent, domũ miti oportet: vt voluit glo. in l. ad egregias. & ibi Doc. D. de iureiur. Quod tamen recens institutum videri potest, ex eo quod scribit Cornelius Tacitus, lib. 2. Historiarum: Vrgulaniæ potentia adeo nimia ciuitati erat, vt testis in causa quadam, quæ apud Senatũ tractabatur, venire dedignaretur: missus est Prætor, qui domi interrogaret: cum virgines Vestales in foro, & iudicio audiri, quoties testimonium dicerent, vetus mos fuerit. Cicero autem in 3. in Verrem Act. Cur sodalis (ait) vxorem, sodalis focrum, domum denique totam sodalis mortui, contra te testimonium dicere cogis? Cur pudentissimas lectissimãsq; feminas in tantum virorum conuentum insolitas inuitãsq; prodire cogis? Atqui in corpore legum à Theodosio Imperatore congestarum, nisi commentitius sit libri titulus, lex est in titu. de offic. iudic. om. qua cautũ est, ne vidua pro vllius rei debito, ad aliam prouinciam ire cogatur.

34 **Meretrix** esse presumitur que huc & illuc uagatur.

Mulier casta uagando meretrix facta est.

Sed vt redeamus, à superioribus non longè abest, quod verè dicit Ang. in l. si qua illustris. C. ad S. C. Orph. quòd ea meretrix præsumitur, quæ alienas domos, nunc hæc, nunc aliã intrare consuevit. Cuius dictũ confirmat, quod Solomon de impudica muliere ait Prou. 5. Vagi sunt gressus eius. Et iterum ca. 7. Garrula (inquit) & vaga, quietis impatiens, nec valens in domo consistere pedibus suis: nunc foris, nunc in plateis. Et quod Epigrámaticus Poëta de Leuina scribit, quæ cum antea castissima esset, domo tamè nõ contèta, sed nunc Lucrinũ, nunc Auernũ profecta, nunc Baias, meretrix facta est: relictoq; viro adolefcetè secuta est. Valerij carmè huiusmodi est. li. 1. *Castã, nec antiquis cedens Leuina Sabinis,  
Et quamuis tetrico tristior ipsa viro,  
Dum modò Lucrino, modò se permittit Auerno,  
Et dum Baianis sepe fouetur aquis:  
Incidit in flammã, iuuenèmq; secuta, relicto  
Coniuge, Penelope venit, abit Helena.*

35 **Peregrina** male audiat de pudicitia.

Ex hoc fit, vt plerunq; malè audiant, velut parũ pudicæ, mulieres peregrinæ, quæ videlicet domum relinquentes & patriam, peregre proficiscuntur: vsque adeo vt meretrices, Peregrinæ à poëtis vocentur. Terentius in Andria: Pamphilũ pro vxore habere hanc peregrinam? vbi & hoc annotat Donatus. Et alibi in eadem fabula, Adèon? est demens, ex peregrina? in quo etiam loco interpretatur Donatus, ex meretrice, (subdens: Mulieres enim peregrinæ, inhonestæ, & meretrices habebãtur, Et in Eunuch

Eunuchò Parmeno, cum Thais dixisset matrem suã Samiã fuisse, & habitasse Rhodis, tacere se posse respondit, quoniam videlicet verisimile esset, posse meretricè nasci ex peregrina & ipsa meretrice. Dixerat enim prius Parmeno, taciturnum se, quæ vera à Thais diceretur. Vbi itè Aelius ipse eũ locũ in hũc sensum detorquet. Qui & ipse enarrans illud eiuſdem Terentij in Phormione, An vt ne quid ciuis turpe in se admitteret, Idoneũ (inquit) testimoniu est bonorum esse natalium, ciuem dixisse. Nam apud veteres peregrinæ mulieres in meretricum numero habebantur: citatq; duo posteriora loca. Quibus cõcincens Horat. li. 3. Carminũ, Ode itè 3. -- *Ilion, Ilion Fatalis, incestusque iudex,  
Et mulier peregrina vertit In puluerem.* -- Vbi & hoc Landinus annotauit.

Peregrine pro meretricibus.

36 **Hinc** & apud Euripidem Medea, in ea Tragedia, cui ipsa nomen dedit, sese Corinthiis sceminis excusat, quòd abesset à patria, vt suspicionem impudicitia veluti à se amoliretur:

*Κορινθιαί γυναῖκες, ἐβλήθου θυμῶν,  
Μη μοί τι μὲν ἄνδ' οἶδα γὰρ πολλὰς βροτῶν  
Σεμνὸς γυνώσκειας, οὐδὲ μὴ ἀμύττω ἀπο,  
Τὸς δ' ἐν θυραίοις αἰ δ' ἀφ' ἑσπέρας ποδῶς,  
Δύσκληται ἐπὶ τῶνδ' ἢ παρ' ἡμῶν.*

*Id est, propè ad verbum:  
Corinthie scemina, egressa sum domos,  
Ne mihi quippiam crimini vertatis noui enim multos mortalium  
Honestos, sanctos illos quidem procul ab oculis,  
Hos verò in externis, alij verò ab otioso pede  
Infamiam sibi contraxerunt, & ignauiam.*

Quem locum imitatus fuisse videtur Ennius in eiuſdem tituli Tragedia: ex quo putat Policianus Tullium in Epistola ad Trebatium libr. 7. Epistolarum Familiarium hoc deprompsisse: Hoc tibi tam ignoscemus nos amici, quam ignouerunt Medea, quæ Corinthum arcem altam habebant matronæ, opulentæ, optimates, quibus illa manibus gypsatissimis peruasit, ne sibi vitio illa verterent, quòd abesset à patria.

*Nam multi suam rem bene gessere, & publicam, patria procul.  
Multi qui domi statem agerent, propterea sunt improbatii.  
Hæc Cicero. Iuuenalis autem Satyra 6. eas sceminas vituperat quæ noucrunt,  
- Quid toto fiat in orbe,  
Quid Seres, quid Thraces agant, & c.*

37 **Mulieres** igitur moneo, ne alienas domos circumeant, ne foris temere euagentur, ne ve peregre proficiscantur: sed domi maneat, domestica negotia administrent: & in his domum, eiuſque suppellectilem curent, ac hortum eiuſdem non indiligenter colant: cuius non est modicus ad rem familiarem prouentus. Nam & hanc curam matribus familias demandauit antiquitas, vt locupletissimus testis est Plinius lib. 19. Natur. Histo. cap. 4. vbi de hortis loquens sic ait: Hinc primũ agricolæ aestimabantur prisci, & sic statim faciebant iudicium, nequam esse matrem familias (etenim hæc cura sceminæ dicebatur, aut, vt ego lego, dicabatur) vbi indiligens esset hortus.

38 **Sed** & præterea mulieres domi colum, lanam, linũ, telã, fufum, vt Hector Homer. & Grego. Nazan. quibus locis supra citauimus, præcipiũt, exerceat: quæ matronis pudicis conueniunt, eãsq; si quid aliud, quàm maximè decent. Solomon in Prou. c. 31. codèmq; vlt. de muliere forti, & pudica loquès, *Quæ stuit, inquit, lanã & linũ, & operata est cõsilio manũ suarũ. Et haud multò post, Manũ suam misit ad fortia, & digiti eius apprehederũt fufum. Et iterum: Stragulatã vestè fecit sibi. Laudatur Anna vxor Thobia, quòd ibat quotidie ad opus textoriũ, Thob. 2. c. Hieronymus instituens virginem Demetriadem, Habero, ait, lanam semper in manibus, vel flami-*

Mulieres lanã, linum, telam, fufum, domi exercent.

nis pollice fila deducito, vel ad torquenda subtegmina in alucolis fusi vertantur. Et alibi ad Latram de institutione filiarum: Discat & lanam facere, tenere colum, ponere in gremio calathum, rotare fufum, stamina pollice ducere. Ex veteri Romanorum more Talasij nomen in nuptiis crebro iactabatur: vt videlicet hac nuptiali voce prouocarentur noua nupta, exhortarenturque ad opus & lanificium, quod Graeci *πλωστίαι* dicunt, vt Varro, & Iuba, & Plutarchus tum in Romulo, tum in Quæstionibus, capite 2. & Festus Pompeius tradiderunt. Sed & sponsa (quod scribit Varro ipse, & Plutarchus postremò à me citato loco, & Plinius libro 8. cap. 48.) colum secum inferebant, & fufum, virorumque ianuam lana coronabant, ac cingebant: hac quoque ceremonia nuptiali indicantes, lanificium à nuptis in domo maritali exercendum esse. Item apud eosdem Romanos in pelle lanata noua nupta confidere solebat, quod testaretur lanificij officium se præstaturam viro, vt refert ipse Pompeius. Quin ipsi Romani apud Caiæ Cæcilie statuam aream, in templo M. Anc. sitam, colum, lanam, & fufum confixerunt, pudicitiae & industriæ eius certa monumenta. Autores M. Varro, & Plinius vbi supra, & Plutarchus in Problemat. d. cap. 2. Ea est autem, vt scribit idem Pompeius, quæ antè quàm Romam venisset, Tanaquil vocabatur, vxor Tarquinij Prisci Romanorum regis, quæ tantæ probitatis fuit, vt id Caiæ nomen boni omnis causa frequenter nubentes, quam summam asseuerant fuisse lanificam. Cuius etiam rei meminit Caius Titus Probus in Epitome 10. lib. Valerij Maximi, si non titulus eius libri fallax sit: vbi & illud præterea dicit, ideo institutum fuisse, vt noua nupta ante ianuam mariti interrogata quamnam vocaretur, Caiam esse se diceret.

Talasij nomen in nuptiis iactatum.

Sponse uirorum ianuam lana coronabant.

Noua nupta in pelle lanata confidebat. Caiæ Cæcilie statua.

Tanaquil.

39 Lucretia inuenta nocte serana dedita.

Non multo post tempore Lucretiam nocte sera lanæ deditam, inter lucubrantes ancillas, in medio ædium sedentem Collatinus maritus, iuuenesque Tarquinij inueniunt: quod pro signo probitatis accipi volumus. Liuius paulò ante finem lib. 1. ab Vrbe condita: & Plinius, aut quisquis is est, in lib. de Viris illust. quo loco de Tarquinio Collatino loquitur. Sed & eandem historiam recensens Naso libro Fastorum 2. ait:

Inde cito passu petitur Lucretia: cuius

Ante torum calathi, lanæque mollis erat.

Lumen ad exiguum famule data pensa trahebant, &c.

Huius etiam Tanaquilis, de qua nuper locuti sumus & Lucretia: & aliarum exemplo, monet vxorem Pontanus, libro 1. de Amore cõiugali, vt filias in ea re instruat: Tum colere antiquas artes, maternæque iussa,

Atque agili discant carpere pensa manu.

In digitis acus, ante pedes intexta quasilli

Viminæque, & fuso stamina torta leui.

Hoc Tanaquil opus, hos mores Lucretia monstrat,

Phylacide hos coniunx, Telemachique parens.

Nam & aliàs laudantur priscæ illæ Romanæ, quod lanificio exercerentur. Iuuenalis Satyra 6.

Præstabat castas humilis fortuna Latinas

Quondam, nec vitijs contingi parua sinebant.

Tecta labor, somnique breues, & vellere Thuso

Vexate, duræque manus.

Et ante illum Ouidius in Libello de Medicamine faciei:

Cum matrona premens altum rubicunda sedile,

Afiduum duro pollice nebat opus.

40 Theano quam potissimum uxore commendauit.

Theano Pythagorica Brotini Crotoniata (vt Plotino placuit) aut ipsius Pythagoræ (vt Theocritus maluit) vxor, interrogata quam potissimè vxorem commendaret, respondit illud Homericum lib. 1. Iliad.

Ἰσὺν ἐπιχοιμῶν, καὶ ἐμὸν λῆξθ' αὐλόωσα.

Id est,

Telam

Telam texentem, & meum (id est, viri: nam Agamemnon est qui loquitur) lectum instrumentum. Id quod scribit Athenæus Naucratica, & Strobæus Ser. 7. 2. Apud eundem Homerum, lib. 4. tum Odyssea, tum Iliados, Helena lanificium exercet. Et li. 5. eiusdem Odyssea, Mercurius Calypso nympham Atlantis filiam texentem reperit:

Ἰσὺν ἐπιχοιμῶν χυσέην ἱερὴν ὄφρανευ.

Et lib. 6. Areten Alcinoi regis vxorem, in foco sedentem cum ancillis & pensa pura torquentem inuenit Nauficaa ipsius filia:

Ἢ μὲν ἐπ' ἐσχάτῃ ἦσο σὺν ἀμφιπέλοισι γυναιξίη.

Ἠλάκασα σφοδρῶς ἀλιτόφρανα.

Eadem Arete li. seq. videt Vlysses indutum pallium atque tunicam, quæ ipsa cum ancillis suis confecerat, quibus Vlysses donatus fuerat à Nauficaa filia:

Ἔγνω γὰρ φάραθ' τε χιτῶνά τε εἰμῶσ' ἰδὼσα,

καλὰ τὰ β' αὐτῇ πύξῃ σὺν ἀμφιπέλοισι γυναιξίη.

Et lib. eiusdem operis 10. Vlysses Circe comperit Ἰσὺν ἐπιχοιμῶν μετὰ. Ex quo est & illud Virgilij de eadem, lib. 7. Aeneidos, statim in initio:

Arguto tenues percurrens pectine telas.

Et apud eundem Homerum, lib. 15. ipsius Odyssea, Helena, de qua nuper ex eodem locuti sumus, vestes in arcis habebat, quas ἑαυτῇ. id est, confecerat, & fabricarat ipsa. Et paulò post, eadem peplum obtulit Telemacho, μνήμη Ἑλένης χροῶν. id est, memoriam Helenes manu. Et in eodem lib. idem scribit Penelopen non frequenter proci in domo apparere, sed in ædium ὑπὸ φώτῳ, id est, in conclauis telam texere.

Sed & eadem lib. 17. eius operis inducitur λεπτὴ Ἠλάκασα σφοδρῶς. id est, tenues lanas vertens: & lib. 18. telam magnam interdium texens, quam noctu retexebat, vt procos falleret. Ex quo illud Ouidij in Epistola ipsius Penelopes ad Vlysses:

Nec mihi querenti spatiosam fallere noctem,

Lassaret viduas pendula tela manus.

Et deinde:

Forstas esse nauas, quam sit tibi rustica coniunx,

Quæ tantum lanas non sinit esse rudes.

Hincque illud Iuuenalis Saty. 2.

— Vos tenui prægnantem fame fufum

Penelope melius, melius torquetis Arachne.

Suntque qui Penelopen à lanificio nomen traxisse putent. Nam πηνίον fufus est, quo subtegmen inuoluitur. Sed vt ad Homerum redeamus, idem lib. 5. rursumque 8. Iliados, scribit Mineruam super pauimentum Iouis deposuisse peplum, quo velata erat, quòdque suis ipsa manibus fecerat:

πέπλον μὲν ἑαυτῆς ἐκείνη πατρὸς ἐπ' ἑδῆ,

ποικίλον, ὃν β' αὐτῇ ποιήσατο, καὶ ἑαυτῆς χροῶν.

Et lib. 14. scribit eandem Mineruam Iunoni vestem elaborasse. Et libro 6. facit Hectorem Andromachæ vxori hæc dicentem:

καί κεν γὰρ Ἄργεῖ ἑδῆα πρὸς ἄλλης Ἰσὺν ὄφρανευ

Et in Ἄργω existens ante alias telam texes.

Eadem quoque Andromache libro 2. 2. eiusdem Iliados, telam orditur, dum lamenta ciulatusque è turri ob mortem mariti audit:

Ἄλλ' ἦ γ' Ἰσὺν ὄφρανευ μνηστῆρας ὑψιπέλοιο.

41 Quin eadem apud Virgilium, qui per omnia Homeri vestigia incedit, libro tertio Aeneidos donat Afcanio Phrygiam chlamydem,

— Manuum monumenta suarum.

Sed & apud eundem Virgilium, lib. 8. eiusdem operis, proba castaque femina, Cui tolerare colo vitam, tenuisque Minerua

Impositum cinerem, & sopitos suscitât ignes,

Noctem addens operi, famulisque ad lumina longo

Exercet penso, castum vt seruare cubile

Coniugis, & possit paruos educere natos.

Helena lanificium exercens. Calypso nymphæ Atlantis filia. Arete uxor Alcinoi regis.

Circe texens inuenta.

Helena iterum.

Penelope.

Penelope à lanificio dicta. Minerua.

Andromache.

Iterum de Andromache. Rursum de matris lanificio.

Quæ & ipsa imitatio est Homeri, cuius paulò ante calcem, li. 12. Iliados versus sunt, *Αἴμα δ' ὄσ' ἐδ' ἠλάνθ' ὀρέου*, & quæ seq. Idem Virgil. libr. 9. inducit Euryali matrem hæc loquentem:

*Veste tegens, tibi quam noctes festina, dièsq;  
Vregebam, & tela curas solabar inanes.*

Et libr. 10. de matre Lauis,

*Transiit & parmam mucro, leuia arma minacis  
Et tunicam, molli mater quam neuerat auro.*

Et libr. 1. Georgicò:

*Interea longum cantu solata laborem,  
Arguto coniunx percurrit pectine telas.*

Quem postremum & ipse repetit libr. 7. Aeneidos, vt suprà diximus. Et rursum eo libr. 1. Georgic.

*Nec nocturna quidem carpentes pensa puella*

*Nesciuere hyemem.* -- Et libr. 5. Aeneidos,

*Olli serua datur, operum haud ignara Minerue,*

*Gressa genus Pholoë.*

Quibus ostendit quanti faciat lanificium in muliere. Et Seneca in Hercule Octaò, de Deianira vxore Herculis:

*Cape hos amictus, nostra quos neuit manus.*

42 **¶** Herodotus autem in Calliope, tradit Xerxem regem regum, ab Amestri vxore donatum amiculo, quod ipsa texerat. Curtius quoque libr. 5. memoriae prodidit, Alexandrum vestes Macedonicas ad se ex Macedonia missas, cum his qui eas conceperant, tradi Sisigambi matri Darij iussisse, eamque admoneri præcepisse, vt si cordi quoque vestes essent, eis neptes assuefaceret. Ad quam vocem cum lachrymæ oborta prodidissent animum aspernantis id munus (quippe cum non aliam contumeliam magis Perfarum femine accipiant, quam admouere lanæ manus) Alexander ea re cognita, ad eam peruenit, & Mater, inquit, hanc vestem, qua indutus sum, fororum non solum donum, sed etiam opus vides: nostri decipere me mores. Caue obsecro ne in contumeliam accipias ignorantiam meam. Apud Terentium in Andria, Simonis senis ad Sosiam libertum hæc verba sunt:

*Primum hæc pudicè vitam, parè ac duriter*

*Agebat, lana ac tela victum quæritans.*

Rursumque in Heautontimorurno:

*Quo studio vitam suam te absente exegerit,*

*Vbi de improviso est interuentum mulieri,*

*(Nam ea res dedit tum existimandi copiam*

*Quotidiane vitæ consuetudinem,*

*Quæ cuiusque ingenium vt sit, declarat maximè.)*

*Textem telam studiosè ipsam offendimus.*

Erò Ouidiana ad Leandrum hanc artem peculiari epitheto femineam vocat, illique se operam dare, veluti propriae, testatur:

*Tortæque versato ducentes flamina fusso,*

*Feminea tardas fallimus arte moras.*

Græcus est versiculus,

*Ἰσοὶ γυναικῶν ἔγρα λ' ἐν ἐκκλῆσιαι.*

Id est, ad verbum,

Telæ feminarum officia, & non conciones, siue maus, cætus aut concilia.

¶ *Te femina-  
rum officia.*

43 **¶** Ex quibus facilè perspicere potest apud alios quoque, nedum apud Romanos, lanificium matronis, & ipsi principibus, & illustriori loco natis, decorum fuisse, & honestum. Vnde etiam Valerius Flaccus, libr. Argonauticò 1. de Leda matre Castoris & Pollucis loquens:

*Illis Tenario pariter tremet ignea fuco*

*Purpura: quod gemina mater spectabile tela*

Leda mater  
Castoris &

Duxit

*Duxit opus: bis Taxgeton, slyasque comantes*

*Struxerat: Eurotam molli bis fuderat auro.*

Virgilius quoque; de Didone, quæ Aeneæ vestem donauerat, libro Aeneidos quarto. Dido.

*--Tyriòque ardebat murice Lena*

*Demissa ex humeris, diues quæ munera Dido*

*Fecerat, & tenui lanas discreteuerat auro.* Et rursum libr. 11,

*Tum geminas vestes, ostròque auroque rigentes,*

*Extulit Aeneas, quas illi Leta laborum*

*Ipsa suis manibus quondam Sidonia Dido*

*Fecerat, & tenui telas discreteuerat auro.*

Sed & apud Ouidium libr. 11. Metamorphof. Sol reperit Leucothoën filiam Orchani Perfarum regis inter duodecim famulas,

Leucothoë.

*Leuia versato ducentem flamina fusso.*

Et Seneca Tragœdiographus in Hippolyto, inducit Phædrum Thesei Atheniensium regis vxorem, hæc de se dicentem:

*--Palladis tele vacant:*

*Et inter ipsas pensa labuntur manus.*

Et Claudianus in eo Epigrammate, quod de equo Honorij imperatoris edidit, lo-

Serena regina.

quens de Serena regina, vxore Stiliconis:

*Et medium te zona liget variata colorum*

*Floribus, & castæ manibus sudata Serenæ.*

44 **¶** Trāquillus memorat, Augustum Cæsarem ita filiam & neptes instituisse, vt lanificio se assuefaceret. Idemque fecisse Carolum illum Magnum, scribit Eginhartus illius Cancellarius, in vita ipsius. Alibi item testatur ipse Plutarchus, Augustum ipsum non temerè alia veste, quam domestica, vsurum esse, ab vxore & forore & filia & neptibus cõfecta. Plutarchus testimonio Bibuli, asseuerat Brutum ad bellum exiturum, Porciam vxorem interpellantem, ad eolum & telam remisisse, vsurum versus, quos Homerus Hæctori Andromachen alloquenti assignat: quos ipsi suprà adscripsimus. Claudianus Alexandrinus in eo opere, quod de Raptu Proserpinae scriptum reliquit, ita de Proserpina scribit, libr. 1.

Vxor, filia, neptes Augusti. Caroli magni filie.

*Ipsa domum mulcens tenero Proserpina cantu,*

*Irrita texebat reditura munera matri.*

Et alibi in Epigram. de Thetide matre Achillis:

Thetis.

*Ipsa manu chlamydes ostro texebat, & auro.*

Silius Italicus, libr. 7. post principium, inducit matronas Romanas in hæc verba Iunonem precantes:

*Huc ades, ô regina Deum, gens casta precamur:*

*En ferimus digno quæcunque est nomine turba*

*Ausonidum, pulchrumque & acu subtogmine fuluo,*

*Quod nostræ neuere manus, venerabile donum.*

Accursius in l. si paterno. in verbo, magistris. C. de nego. gesti. scribit proprium esse mulierum suere, vel texere. Alibi quoque in l. cum quaritur. §. lana. in verbo, in lana, D. de lega. 3. dicit mulieres lanam & linum appetere, natura ad id eas prouocante, quod maximè deceat. Sed veteor, ne hæc nauseosa & molesta sint legentibus. Ideoque remis in portum, quod ad hanc rem attinet, festinanter accurto: hæcque legem cæteris adicio:

Mulierum proprium suere & texere.

*VIRI FORENSIA ET EXTRANEA CVRANTO,*

*VXORES DOMESTICA ADMINISTRANTO, DOMI QVE SE OB ID*

*CONTINENTO,*

*ET HORTOS, ATQVE LANIFICIVM NON IMPIGRE EXCOLVNTO,*

*NEC PEREGRE PASSIM, AC TEMERE PROFICISCVNTOR.*

Decima Lex conubialis.

IN VNDECIMAM LEGEM CON-  
NVBIALEM, GLOSSAE PRIMAE  
PARS VNDECIMA.

Ab uxoribus  
sumendum con-  
siliū.  
Ninus uxoris  
consilio usus.  
Et Numa.  
Et Cyrus.  
Et Augustus.  
Et Iustinianus  
quoque.



**N**IMVERO in his etiam, quæ ad curam virorum spectant, su-  
mendū esse & ab vxoribus consiliū, Ninus ille, Assyriorum Rex  
primus, (de cuius laudibus multa scribit Herodotus libr. 1. & Dio-  
dorus libr. 3.) Numa Pompilius, secundus ille Romanorum Rex,  
Cyrus Darij Persarum Regis & Parasatidis filius, Augustus & Iu-  
stinianus Imperatores suo nos exemplo docuerunt. De illo enim tradit Diodorus  
d. libr. 3. nihil eum sine Semiramidis vxoris consilio agere solitum. De Numa est  
illud Ouidij libr. 3. Fastor.

*Ille Nume coniux, consiliūque fuit.*

Cyrus autem Aspasiam vxorem de rebus incumbentibus in consiliū adhibuit, &  
quoties eius sententiam secutus est, nunquam pœnituit: vt tradit Aelianus de Va-  
ria historia lib. 12. Augustus autem, vt à Seneca traditum est, in primo libro, quem  
ad Neronem de Clementia scripsit, capite nono, vt à nonnullis diuiditur, Liuiæ  
vxoris consilio vsus est, vel in magnis rebus: atque eius opera innatam quandam  
feueritatem exutus, clementiam induit. Id quod etiam à Dione Nicæo in ipso Au-  
gusto graphicè descriptum est: vbi etiam inserta est eiusdem Liuiæ in eam rem  
Oratio elegantissima.

2. ¶ Iustinianus quoque in arduis etiam negotiis, & ad summam rerum pertinenti-  
bus, vxorem consilij participem faciebat, vt ille ipse ingenuè professus est, in Au-  
thent. vt iudi. sine quoquo. suff. in princ. versic. neque sufficimus. Quem locum  
enarrans Accursius in verbo, reuerendissimam, annotat sumendum esse ab vxore  
consiliū: & illum text. ad hoc etiam ponderauit Hostien. in Summa, tit. de ma-  
trimo. §. 1. col. 2. versic. sed & in eo habet, Oldra. consi. 95. ex forma istius, col. pen. &  
ipsius discipulus Ioan. Andr. in c. qui prior, col. penul. de regul. iuris, libro sexto, in  
Merc. Albericus in l. aduersus. C. de crim. expil. hæred. Fulgo. & Iason in l. 1. §. de le-  
gib. & Franc. Curt. senior in repet. l. si quis maior. columna tertia, numero decimo.  
C. de transac. & Paris Pute. in tractatu. Syndicat. in rubr. de offi. Syndic. §. dicitur  
autem. num. 5. vbi dicit eum text. sing. ad limitationem eorum quæ dicit Bart. in l. 1.  
§. de legi. Sed est & alius textus in l. bene à Zenone. sub finem, C. de quad. præscrip.  
vbi Iustinianus ipse loquens de sua ipsius vxore, Qui enim (ait) suis consiliis suis-  
que laboribus pro toto orbe terrarum die noctūque laborant, quare non habeant  
dignam sua prærogatiua fortunam? Quem text. ad hoc annotat Barb. in rubri. de  
consuetu. col. 5. versic. tu limita hoc. & in clem. 1. chart. 6. in paruis, de elect.

Nemo tam ma-  
lus, quin ali-  
quid boni fa-  
ciat.

3. ¶ Cui & ego sententiæ ea potissimum ratione assentior, quod etsi, vt supra dixi-  
mus, inualidum sit plerunque mulieris consiliū, fragilèque & infirmū, sintque  
mulieres ipsæ fragiles, imbecilles, infirmæ, & fermè rationis (vt est multorum  
sententia) & ingenij expertes: tamen quemadmodum nemo est adeo malus atque  
improbus, quin interdum boni quippiam faciat: vt est textus expressus in c. quid  
ergo turbamur. de pœnitentia, di. tertia, & testis est Martialis, libro septimo Epi-  
gram. ad Scuerum:

*Quo possit fieri moda, Seuere,  
Vt vir pessimus omnium Charinus,  
Vnam rem bene fecerit, requiris.  
Dicam, sed citò. Quid Nerone peius?  
Quid thermis melius Neronianis?*

Et vt

Et vt ait Plinius in Panegyrico ad Traianum, laudabilia multa etiam mali faciūt.  
Sic etiam nemo tam infirmi consilij, tam obrusi abiectique & heberati ingenij, tam  
infimæ fortis & notæ, quin interdum dicat quippiam ad rem vehementer accom-  
modatum, & neutiquam aspernandum, etiam summis viris. Nemo, inquam (vt  
vtar verbis Gellij, libr. 2. cap. 6. & Macrobij libr. Saturnalium 6. capite septimo)  
quisquam tam effertis, aut vt alij legunt, effectis moribus, quin faciat, aut dicat  
nonnunquam aliquid, quod laudari queat. In quam sententiam citant Græcum  
versiculum, quem dicunt vice prouerbij fuisse olim celebratum:

*Πολύκι ἢ γὰρ ἁλιπρότος αἰὲρ μάλα λαιρίου εἶπεν.*

Id est,

*Sæpe etiam est holitor valde opportuna locutus.*

Quem & è nostris citat Rochus Curtius in c. vltim. col. 18. versic. sextò nota, extrà  
de consuet. In quo tamen Erasmus Roterodamus subesse mendum censuit, atque  
pro dictione ἁλιπρότος, id est, holitor, aliam scilicet μαρός, id est, stultus, reponen-  
dam. Senim alicubi ita legisse versum hunc ex Aeschylj Tragœdia, cui titulus  
Phryges, citant:

*Πολύκι ἢ γὰρ μαρός αἰὲρ μάλα λαιρίου εἶπεν.*

Id est,

*Sæpe etiam stultus fuit opportuna locutus.*

Sed vitæ rei veritas se habeat, vtunque huic nostro proposito mirè congruit.  
Neque longè hinc dissidet illud Cæcilianum apud Ciceronem, libro tertio Tu-  
scularum quæstionum, Sæpe est etiam sub pallio fordido sapientia. Estque fini-  
timum illud Plautinum in ea fabula, quæ inscribitur, Captiui:

*Vt summa sæpe ingenia in occulto latent.*

Illud quoque Senecæ, Epistola ad Lucilium 67. Potest ingenium fortissimum ac  
beatissimum sub qualibet cute latere. Idque probat exemplo cuiusdam Clarani.

4. ¶ Sed propius accedit text. elegans in l. 1. §. sed neque. C. de vete. iure enucl. ibi, cum  
possit vnus forsitan & deterioris sententia, & multos & maiores in aliqua parte  
superare. quem text. dicit aureum Fran. Cur. Senior consi. quinquagesimo septimo,  
super eo quod ab ordine, columna quarta. Et ante eum dixerat illum text. aureis  
litteris scribendum Barb. consi. 1. col. decimanona, libr. 3. & facit sing. Panor. in c. r.  
col. vltim. extrà de constit. & ipse Barb. in l. si dari stipuler. col. 1. §. de verbo. oblig.  
& consi. 15. Deum inuocent, col. 7. libr. 3. & consi. 40. à Ioue principium, col. 5. eo.  
libr. 3. & consi. 63. illud referam in medium, col. 5. libr. item 3. & in repet. rubricæ. C.  
qui admit. ad bon. poss. col. 8. & in clem. ne Romani. col. 2. de elect. & alibi dicit esse  
valde notabilem, Panor. in c. capellanus. col. 2. extrà de feriis. & ponderant idem  
Panor. consi. 1. in fin. libr. 1. vbi etiam dicit not. & iterum consi. 85. in presenti qua-  
stione, statim in princ. libr. 1. & alibi sæpe, & Rom. in repet. l. si verò. §. de viro. in §. 3.  
fal. §. solut. matr. & Barb. consi. 9. præclare scribitur, col. vlti. libr. 2. & consi. 34.  
præclare optimus Psalmista, col. 13. eo libr. 2. Et ex Theologis scholasticis, Con-  
radus in tract. de contractibus, c. 4. in prima conclusione. Quam sententiam aper-  
tè comprobatur illud Dei Optimi Maximi, Matthæi vndecimo, & iterum Luca  
10. Abcondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti paruulis. Sed vt hæc  
quoque Medicorum autoritate confirmemus, Petrus Aponensis in additione ad  
librum Mesue, c. de indigestione stomachi, vidisse se testatur graues magnasque æ-  
gritudines, quibus sanandis multi periti frustra elaborauerant, tandem nullo ne-  
gotio curatas fuisse ab imperitis quibusdam, atque etiam à mulieribus, idque Deo  
tribuit, à quo monet Medicos non recedere, sine cuius influenza deficit omnis  
ars, omnisque motus natura.

Minimi inter-  
dum sententiã  
optimã dicunt.

5. ¶ Non temerè igitur dicit glos. in c. ad nostram, extrà de consuet. non esse inconue-  
niens ab insipientibus consilium petere: quia interdum reuelatur minori, quod  
maior nescit. l. potiores. C. de offic. rect. prouin. & c. esto subiectus, ante fin. 95. di. &  
c. si habes. 2. 4. q. 3. Quam glo. ad hoc notant ibi omnes scribentes, referuntque ferme  
omnes post Ioan. Andr. historiam huic sententiæ optimè conuenientem, de fatuo  
quod

Insipientium  
quoque consi-  
lium petendum.

Proverbiū.

Fatui Parisien-  
fis prudens iu-  
dicium.

quodam Parisiensi, qui miro modo composuit controuersiam egeni cuiusdam, & tabernarij. Nam cum tabernarius pecuniam peteret ab egeno, quoniam panem veluti suauius comederat ad culinam suam fumum & nidorem, iudicauit fatuus tabernario soluendum ex sono denarij. Quam quidem questionem non potuisset Cato, aut Gratianus, vt dicunt Ioan. And. & Panor. iustitias decidere. Hanc quoque historiam post illos recenset Barba. in l. 1. col. 7. versic. pone quod furiosus. D. de verb. oblig. & consil. 58. clementissimi, col. 2. libr. 1. & consil. 9. illud in medium afferam, col. 4. libr. 2. & Iason, consil. 178. in causa matrimoniali, col. 2. versic. confirmatur per illud, libr. 2. & Rochus Cur. in c. vlti. loco supra citato, extra de consue. Subiungit autem Panor. in d. c. ad nostram. audiuisse se à suo ipsius præceptore (is Cardi. Flor. fuit) cum illum locum legeret, Bartolum sepius in quibus causis ab eo petebatur consilium, cum mercatoribus conferre solitum. Et per no. in d. c. esto subiectus. monet Specul. in tit. de adu. §. nunc tractemus. versic. factum autem intellecto, ante fin. vt etiam minus peritos consulamus, cum quibus conferre aliquando profuit. Nam & Q. Scauola ille Augur, homo iuris peritissimus, cum de iure prædatorio consulere, suos consultores nonnunquam ad Furium & Casellium prædatores reiciebat, vt tradit Tullius in oratione pro Cornelio Balbo, vbi & ipse subdit, se de aqua sua Tusculana, M. Tugionem potius, quam C. Aquilium, consulere solitum.

Bar. sepe cum  
mercatoribus  
consilia sua com-  
municauit.

Scauola de re  
prædatoria con-  
sultus, ad præ-  
datores reicie-  
bat.

6  
Improbatis-  
sime uiri proba-  
tissima senten-  
tia.

Cuius item sententiæ extat exemplum memorabile apud Aulum Gell. libr. 18. c. 3. ex Aeschine, in oratione, qua Timarchum accusauit: vbi cum populus Lacedæmonij in foro trahens, cum maximo omnium risu conspectus fuerit, multaque alia furoris testimonia dederit: fecit tamen testamentum legibus tam consentaneum, vt à Centumuiris comprobatum sit. Tametsi T. Longus ci sanguine proximus illud subuertere conatus est: quoniam ex Romanorum legibus furioso & infano testari non liceret. Magis enim (vt scribit Valerius) Centumuiris, quod scriptum esset in tabulis, quam quis eas scripisset, considerandum existimauerunt. Quod & post Valerium narrat è nostris Ioan. Andr. in c. vlti. in fin. de success. ab inte. & Bald. in capit. 1. columna secunda, in verbo, sed iusta, tit. per quos fiat inuest. Rom. Alexand. Corne. & Iason, in l. furiosum. C. qui testa. fa. poss. Barba. in d. l. 1. columna septima. D. de verbor. oblig. & in l. is cui bonis. columna secunda, eo titu. & consil. 58. columna secunda, libro primo. Corneus consil. sexagesimonono, visis nonnullis actis, columna antepen. versic. & quod ex qualitate, libr. 1. & iterum consil. septuagesimo tertio, visis & diligenter inspectis, col. prima, versic. insuper dicit, eod. libro primo, & consil. 216. in causa vertenti, columna vltima, libro 3. Ange. Are. in §. præterea testium. In sti. quibus non est per. fa. testa. & Soci. consil. 98. alias consului, col. 4. libr. 3. & Philip. Deci. in l. in negotiis. in princ. D. de reg. iur. & Iason consil. 178. col. 2. versic. tertio, quod magis, libr. 2.

7  
Tuditanus no-  
te infamie fecit  
testamentum le-  
gibus consen-  
taneum.

Quin & Tuditanus cuius Romanus, nota vir infamie, utpote qui populo nummos de rostris sparserit, vt tradit Tullius Philip. 3. togamque velut tragicam vestem in foro trahens, cum maximo omnium risu conspectus fuerit, multaque alia furoris testimonia dederit: fecit tamen testamentum legibus tam consentaneum, vt à Centumuiris comprobatum sit. Tametsi T. Longus ci sanguine proximus illud subuertere conatus est: quoniam ex Romanorum legibus furioso & infano testari non liceret. Magis enim (vt scribit Valerius) Centumuiris, quod scriptum esset in tabulis, quam quis eas scripisset, considerandum existimauerunt. Quod & post Valerium narrat è nostris Ioan. Andr. in c. vlti. in fin. de success. ab inte. & Bald. in capit. 1. columna secunda, in verbo, sed iusta, tit. per quos fiat inuest. Rom. Alexand. Corne. & Iason, in l. furiosum. C. qui testa. fa. poss. Barba. in d. l. 1. columna septima. D. de verbor. oblig. & in l. is cui bonis. columna secunda, eo titu. & consil. 58. columna secunda, libro primo. Corneus consil. sexagesimonono, visis nonnullis actis, columna antepen. versic. & quod ex qualitate, libr. 1. & iterum consil. septuagesimo tertio, visis & diligenter inspectis, col. prima, versic. insuper dicit, eod. libro primo, & consil. 216. in causa vertenti, columna vltima, libro 3. Ange. Are. in §. præterea testium. In sti. quibus non est per. fa. testa. & Soci. consil. 98. alias consului, col. 4. libr. 3. & Philip. Deci. in l. in negotiis. in princ. D. de reg. iur. & Iason consil. 178. col. 2. versic. tertio, quod magis, libr. 2.

8  
Abraham inf-  
sus sequi ux-  
oris sententiam.

Et vt specialiter de fœminis quoque loquar, quæ huic nostræ dissertationi causam præbuerunt, Non desunt etiam fœminarum exempla, quarum consiliis & monitionibus vsi mariti, melius res suas administrarunt, meliorisque esse xi sunt, atque prudentiores. Imprimis Abraham ille, pater multarum gentium, quocum tanta fuit Deo familiaritas, cum durè exceperit consilium Saræ vxoris, momen-

monētis, vt Agar ancillam & filium eius eiceret, statim audiuit à Domino, Omnia quæ tibi dixit Sara, audi vocem eius. Gene. 21. capite.

9 Sesostris Aegyptiorum rex, qui ceteros omnes gloria & rerum magnitudine excessit, vxoris consilio vsus, se vxoremque suam & liberos maxima ex parte grauissimo inopinatisimoque periculo exemit. Nam cum illum frater, à quo nihil tale metuebat, inuitatum exceperit, domumque sicca exterius materia circumspasseret: intellecta, extemplo cum vxore deliberauit (nam & vxorem secum duxerat) eaque suadente, vt duos ex sex liberis, super ardentem pyram extendens pontem faceret, super quem ipsi transeuntes euaderent: ita fecit, & duobus modò filiis ita incensis, ceteri cum patre matræque fuere seruati. Testis Herodotus in Euterpe, & meminit etiam historia Diodorus lib. 2. nihil tamen de vxoris consilio locutus.

Sesostris ux-  
oris consilio us-  
sus.

10 Plutarchus in eo libello, cui titulum fecit *γυναικῶν ἀρεταί*, id est, mulierum virtutes, narrat historiam luculentam de vxore Pythei, vt ipse appellat, siue Pythij, vt Plin. lib. 33. cap. 10. vocat, qui Xerxis temporibus claruit. Ea viro omnium id temporis ditissimo, auro semper inhiant, & auri fodinas iugiter exercenti, cum ex peregrinatione domum esset reuersus, & cœnam parari postulasset, auream mensam apponi iussit, in qua omnia erant ex auro fabrefacta obsonia: ac primo quidem aspectu gauisus est Pytheus, mira arte singula elaborata conspiciens. Inde aspectu iam abundè satiatus, præcepit cibum afferri. Verum mulier cuncta quæ postulasset, ex auro concinnata afferri iussit. Cumque ille iracundia percitus (fames nanque & bilis nasum conciant) esurire se vociferaretur, neque se aurum id temporis exposcere: sapienter, inquit vxor, Tu nullius rei, præter hanc vnam, habendam, facultatem præbes. Omnis enim vitorum cura, omnisque ars, tuo iussu in auro fodiendo occupata est: vt nemo iam agros colat, nemo fruges ferat, nemo arbores plantet. Qua vxoria castigatione permotus Pytheus negotiū haudquaquam penitus omitens, quintam duntaxat ciuium partem in opere continuit: reliquos tum agriculturam, tum ceteris artibus operam dare præcepit.

Pythei histo-  
ria luculenta.  
Pythei uxoris  
prudencia ad-  
mirabilis.

11 Aurelius Victor, quo loco Iuliani Imperatoris vitam describit, Fœminarum (inquit) præcepta sepe maritos iuuant. Namque (vt ceteras omitam) Pompeia Plotina, incredibile dictū, quantum auxerit gloriam Traiani: cuius procuratores, cum prouincias calumniis agitarent, adeo vt vnus ex his diceretur, locupletissimum quæque ita conuenire, Quæ habes? vnde habes? tertium, pone quod habes. Illa coniugem corripuit, atque increpans, quod laudis suæ esset incuriosus, talè reddidit, vt postea exactiones improbas detestans, fiscum lienum vocaret, quod eo crescente artus reliqui tabescunt. Ex quo & illud Eutropij de eodem, libro octauo Gestorum Rom. Nihil iniustum ad augendum fiscum agens. Ex eo autem, quod dictum est, Vnde habes? forte exiit decretum Seueri Imperatoris, nullo modo exigendum quempiam probare, vnde habeat circa delationes fiscales, sed delatorem probare debere ea, quæ intendit. l. extat. D. de iure fisci. nam vt etiam scribit Iuuenalis, Vnde habes querit nemo.

Fœminarum  
præcepta ma-  
ritos iuuare.

Pompeia Plo-  
tina Traianum  
maritum pru-  
denter corri-  
puit.  
Fiscus lien-  
vnde habes,  
reiciendum.

12 Ataulphus Gothorum rex in animo habuit Romam à se receptam funditus euertere, diuersoque vrbem loco statuere, Gotthiamque pro Roma nominare, ac Cæsarum Augustorumque vrbem profus abolita, Ataulphi appellationem in posteros transmittere. Verum Placidia, aut, vt alij vocant, Placidia coniugis suauis, adeo est mutatus, vt breui non hostis, sed amicus vrbis, non euerfor, sed in staurator sit vocatus. Cuius rei inter alios multos etiam meminerunt Paul. Diac. de Gestis Roma. lib. 13. & Paulus Orosius, lib. 1. Historiarum ad D. Augustinum 7. cap. 2. 9. eodemque vlt.

Ataulphus Got-  
thorum rex.  
Placidia illius  
uxoris prudēs  
monitio.

13 Theodoritus quoque apud Cassiodorum in Tripartita historia, lib. 9. cap. 31. autor est, ad Theodosij Imperatoris sanctitatem multum contulisse vxorem, quæ virum

Theodosij ux-  
oris sanctis ad-  
iurum monitio.

sæpius diuinarum legum admonebat, eiq; frequenter dicebat: Oportet te semper, marite, cogitare quid dudum fuisti, quid modò sis: hæc si semper cogitaueris, ingratus benefactori non eris, sed imperium quod susceperis, legaliter gubernabis, & harum rerum placabis autorem.

14 ¶ Saxo cognominæ Grammaticus, elegantior quidem historicus, quàm ætas illius pateretur, in Historia Danicæ libr. 9. tradit Regnerum Danorum regem sexagesimum secundum, Vnithserici filij mortem adeò moleste tulisse, vt obstinato ad moriendum luctu corpus lectulo per summam animi ægritudinem affixerit. Quem vxor virilem supergressa fiducia, imbecillitatis increpatu, virili adhortatione firma uit, reuocatumq; à mœrore animum, arma impensius tractare perdocuit, affirmans fortissimū patrē cruentos filij cineres iustius armis, quàm lachrymis, expiaturum. Ad cuius monitū Regnerus discusso mœstitiæ habitu, depositiq; doloris insignibus, iacentem reuocauit audaciā, breuiq; hostem, qui filium interemerat, comprehendit. Adeò, inquit Saxo, interdum ab inualidis fortia roborantur ingenia.

15 ¶ Ad hæc Theodelinda Longobardorum regina, ad quam Diuus Gregorius dialogum de moribus edidit, sua opera & pia suasionē, Eutharin priorem maritum multo mitiorem fecisse scribitur, & ad veram pietatem amplexandam longè proniorem. Sed & Agilalphum maritum posteriorem, præferocem alioquin virum, dextere monendo, veritatisque lucem oculis admouendo, eò traxit, vt omnibus suę gentis autor fuerit, à malorum dæmonum cultu, detestandāque hæresi sese vindicandi.

16 ¶ Quo etiam tempore Brunehildis pari studio Childebertum Francorum regem ipsius virum eò quoque impulit, vt Tassilonem Bauariæ Regem ea lege constitueret, vt à Sclauorum gente bello insectanda non prius desisteret, quàm ad Christi fidem amplectendam subegisset.

17 ¶ Sed longis antè temporibus, apud Aegesippum, li. 1. Herodes de Alexandro filio Glaphyræq; eius vxore dicit, quòd non mediocri ex parte vxor viri sui reprimeret errores: quæ si ab eo diuelleretur, nullum remedium viro futurum, quin præceps in omne rueret nefas. Vt interim omittam, plerosq; viros ab vxoribus ad fidem & religionem Christianam fuisse conuersos, vt à Domitia Flauum Clementem è propinquis Domitiani Imperatoris: à Clothilde Clodoucum Francorum regem: à Iugulde Hermogillum Gotthorum regem. Vtq; etiam prætermittam & alias, quæ viros ad veritatis humanitatissq; viam, vtilia suadentes reduxerunt: cuiusmodi fuit vxor Maximiani, de qua Ammianus Marcellinus, lib. 13.

18 ¶ Quid plura? Cælius ad Ciceronem scribens lib. Epist. 8. Epist. 1. in princ. de Dola bellæ & Tulliæ filix suæ nuptiis loquens, Gratulor, inquit, tibi affinitate viri, medijs fidius optimi. Nam ego hoc de illo existimo. Cætera porrò, quibus adhuc ille sibi parum vtilis fuit, & ætate iam sunt decursa, & consuetudine & autoritate tua, & pudore filix, si qua restabunt, confido celeriter sublaturum iri. Cui respondens Tullius, libro 2. Epistol. 15. cuius initium est, non potuit accuratius agi, sic ait: Dolebellam à te gaudeo primùm laudari, deinde etiam amari. Nam ea quæ speras Tullix meæ prudentia temperari posse, scio cui epistolæ meæ respondeant.

19 ¶ Ex quibus facilè colligi potest, vxorum prudentiam multum adiicere roboris, & momenti, ad maritorum virtutes, eorūque vitii maiorem in modum mederi. Idcirco Paulus, vas electionis, tuba Euangelij, & sanctarum scripturarum armarium, prioris ad Corinthios, septimo capite: Sanctificatus est (ait) vir infidelis per mulierem fidelem. Quod repetitur 28. q. 1. in summa, & in §. ex his omnibus, verfi. item Apostolus, & in c. iam nunc illud. Cui planè consonat textus in leum qui. in fi. C. de episc. & cleri. vbi vxores interdum viros meliores efficiūt. Inibique no. Bal. quòd

quòd bona mulier facit bonum virum. Proinde & Chrysostomus in Ioannem, Homilia 60. Nihil, ait, potentius muliere bona ad instruendum & informandum virum, quòdcunq; voluerit: neq; tam leuiter amicos, neq; magistrōs, neq; principes patietur, vt coniugem admonentem, atque consulentem. Habet enim voluptatem quandam admonitio vxoria, cum plurimum amet, cui consulit. Multos possum afferre viros asperos & immites, per vxorem mites redditos & mansuetos: ipsa enim mensa, lecto, filiorum communicatione, dicendis, tacendis, ingressu, auditu, exitu, & aliis pluribus cum marito communicans, & vt corpus capiti, coniuncta, si prudens erit & diligens, omnes vincet. Hæc ille. Quibus concinit Euripides apud Stobæum, Sermone 65.

ὀικαφδέρου γάρ ἀφ' ἧς ἡμετέρας γυνῆ  
ἔδδλ' ἡμετέρας ἀνδράσιν, καὶ σάλας ἔδδμυς.  
Domiperdam enim virum prohibet vxor  
Bona, ei coniuncta, & seruat domum.

Bona mulier facit bonum virum.

20 ¶ Quæ cum ita sint, rectè Lacedæmonij illi, qui Græcorum prudentissimi, & in omni vitæ officio consultissimi, ab omnibus semper habiti sunt, non minùs publica, quàm priuata consilia cum mulieribus communicabāt, vt apud Plutarchum legimus, tum in comparatione Numæ & Lycurgi, tum in vita Agidis. Et vt scribit Aristoteles, lib. Politicōn 2. cap. 7. Multa in Lacedæmoniorum principatu à mulieribus administrabantur.

Lacedæmonij priuata & publica consilia vxoribus communicabant.

21 ¶ Apud piscos quoq; Athenienses, non minùs famigerabilem Græcorum gentem, mulieres publicis consultationibus interesse, suffragiāq; ferre solitas, testis est Varro, quo loco describit contentiōnem Mineræ & Neptuni inter se certatū, vter eorum Athenis imponendi nominis autor esset: & repetit Aurelius Augustinus, li. de Ciuitate Dei 18. cap. 9. Et de eo quoque certamine (vt id obiter dicam) non nihil attingit Plinius lib. 16. cap. 48. eodemque vlt.

Athenienses mulieres publicis consultationibus intererant.

22 ¶ Germani item inesse sanctum aliquid & prouidum fœminis putant: nec aut consilia earum aspernantur, aut responsa negligunt: vt à Cornelio Tacito eleganter scriptum est in lib. de Moribus Germaniæ. Vbi subdit, vidisse se sub Vespasiano, Velledam Bruæteram diu apud plerosque numinis loco habitam. Cuius etiam meminit lib. 20. Historiæ Augustæ. Et ex hoc idem Tacitus ad finem libri vigesimi primi, recenset Batauos, qui Romanorum partes sequi malebant, proclamasse, honestius principes Romanorum, quàm Germanorum fœminas, tolerari. Et (ne quis putet id ex mollitie animi aut corporis Germanorum proficisci) hi sunt qui Carbone, Cassium Scurlurum, Aurelium Seruiliū, Cepiones, M. Manlium, fufis simul quinque Consulibus exercitibus Populi Romani, attriuerunt.

Germani fœminarum consilia non negligunt.

23 ¶ Quin & apud Gallos (ne gentem nostram per incuriam prætereamus) olim confuctudo fuit, vt quoties de bello esset eis, aut pace consultandum, mulieres quoque eiusmodi consultationibus adhiberentur. Præterea si qua aduersus socios incidere controuersia, eam ex mulierum sententia componere consueuerant. Itaque inter condiciones, quas cum Annibale pepigerunt, hoc etiam scriptum, atque isdem ferè verbis fuit: Si quis Gallorum, iniuria se à Carthaginiensium aliquo affectum quereret, eius rei Carthaginiensium magistratus, aut Imperatores, qui in Hispania fuerint, iudices sunt. Sin Carthaginiensium aliquis, ab vilo Gallorum iniustus quippiam passus fuerit, Gallorum mulieres de ea re iudicium faciūto. Ita refert Plutarchus in eo libro, quem de virtutibus mulierum posteris scriptum reliquit, cap. 6. Nonnihil etiam meminit Polyenus lib. 7. Strategematon in fine.

Gallicæ mulieres consultationibus belli & pacis adhibebantur.

24 ¶ Quid quòd Socrates Deus Philosophorum, sæpe in libris de Republica Platonis, maxime autem lib. 5. & idem ipse Plato sapientiæ antistes, in suis Legibus, non

Mulieres non arcèdæ ab ad-



*ministranda Rep.* omnino arcet mulierum genus ab administranda Rep. si qua modò reperiatur idonea: Quin præcepit, non magistratus tantum, sed omnia priuata & publica tum pacis, tum belli studia, mulieribus cum viris cõmunia fieri. Quanquam in ea re illum Lactantius reprehendit libro Diuinarum Institutionum 3. cap. 2. 2.

25 *Mulieres iudicium habet & discretionē & prudentiam.* Adde, quòd mulieres non nihil interdum iudicij habent & discretionis, vt satis insinuat tex. in l. cum prætor. *D.* de iudi. & in §. tria. 4. q. 7. Atque etiam sapientiæ & prudētia, vt probat illud Solomonis, alioqui muliebrium vitiorum censoris acerrimi, Prouer. 14. Sapiens mulier adificauit domum suam. Et Prouer. 19. Domus & diuitiæ dantur à parentibus: à Domino autem propriè vxor prudens. Quod vltimum adnotat è nostris Io. Faber. in rubrica. Insti. de nuptiis. & Luc. Penn. in l. 2. col. pen. C. quando & qui. quar. pars. lib. 10. Alibi quoq; videlicet 2. Regum 14. fit mentio cuiusdam Thecuiæ, sapientis mulieris. Et facit tex. loquens de mulieribus, in c. viduas. ibi, maturioris sapientiæ, & consilij existunt. 27. q. 1. & in c. si aliquid. 2. q. 4. vbi prudentis quoque fœminæ fit mentio.

26 *Mulieres salubre dare consilium.* Ex quibus perspicuum videri potest, fœminas non omnino expertes esse sapientiæ, consilij, prudentiæ. Propterea possunt salubre nonnunquam dare consilium, vel testimonio Iurisconsulti, in l. quidam decedens. §. Papinianus. *D.* de administrat. Ideòque non inscitè dicit Petrus Philipp. Corne. consil. 316. cuius est initium, quo ad primum consultationis articulum, col. 7. versic. & constat quòd illud statutum, lib. 3. quòd non semper spernitur mulieris consilium. Nam & (vt hoc illi addas) sententia est Thefci apud Euripidem in Supplicibus:  
*ὧς πολλὰ γ' ἔτι λέγ' ἄνδρ' ἀλλείων σοφά.*  
*Quoniam multa sunt etiam à fœminis dicta sapienter.*  
Tamest apud eundem in Helena de hoc dubitarit ipsa Helena Menelaū alloquēs:  
*ἄκροον, ἢ γὰρ εἶχονεν γυναι λέξαι σοφόν.*  
*Audi, siquid & mulier dicere queat sapiens.*

27 *10. And. multa ab uxore didicit.* Nec prætereundū visum est, quòd dicit Io. An. in c. cum secundum Apostolū, col. 1. de præben. ab vxore Milancia se didicisse, quòd si nomina, vt pleraq; alia, in foro venditarētur, pulchra quidē parentibus esse magno pretio emēda, vt filiis imponerent. Eandēmq; vt doctā, se aliquando cõsuluisse asserit in c. qui prior. col. pe. de reg. iur. li. 6. in Merc. Et quod refert Io. Cald. in c. vlt. de renun. & post eum Aegid. Bellamer. in c. quidam. col. 3. vers. tertio quæro, eod. titu. & Panor. in c. cum inter vniuersas. in fi. de elect. ipsum Cald. cõsuluisse suam vxorem, an conuiuator teneatur hora prandij mittere ad conuiuas, vt veniant: quæ satis æquè respondit, ad fœminas & extraneos esse mittendum, qui se faciliè non ingerunt: non etiam ad alios, nisi essent graues personæ: de quo etiam per Collect. in c. à crapula. extrà de vit. & hone. cleri. & Bald. in procem. Grego. col. 5. vers. quæro quidam scholaris.

28 *Mulier nō prohibetur in camera consilium.* Et aliud recentis viri, & quidem doctissimi, recens dictum, Philip. Decii intelligo, qui dicit in l. fœminæ. col. 2. vers. tertio postulare. *D.* de regu. iur. quòd licet mulier prohibeatur postulare, vt ibi cauetur, & in l. 1. §. sexum. *D.* de postul. potest tamē in camera consilium, per id quod in simili de Doctore dicunt Bal. & Ange. in d. l. j. §. postulare, per illum tex. de postul. Existimauit ergo Decius, fœminas non esse alienas à consilio, & eruditione. Et hæc quidē omnia ab initio huius legis, vt erant in præcedenti editione, ad verbum transposuit Chasseneus in suo Catalogo Gloriæ mundi, parte 2. cõsideratione 10. vt alia pleraque, quæ de laudibus mulierum congescit: quanquam me eo in loco nominat, sed ita vt nescias, an omnia mea sint, vt sæpe aliàs facit. Et si id planè assereret, quid tamen rationis est, vt totas paginas, imò & planè librum hunc integrum in suum traducat, nisi vt libros de libris faciat?  
*19* *Socrates à mulieribus edocuit.* Sed vt institutū nostrū sequamur, Socrates in Platonis Symposio, multa se à Diotima muliere didicisse asserit. Cuius quoque meminit ipse Plato in Symposio, & Lucia

Lucianus in Eunuchis, & in Imaginibus. Sed & is Aspasiam Milesiam Axiochi filiam per diu frequentauit, non indignum Philosopho ducens, & à mulieribus doceri, sicuti & à Theodorito Cyrenensi scriptum est circa initia lib. 1. de Curatione Gentilium affectionum: & meminit ipse Plato in Menexemo: vbi & illud præterea dicit, eandem Aspasiam fuisse magistram Periclis illius maximi & Oratoris & Imperatoris. Meminit item illius Plutarchus in Pericle, Lucianus in locis supra citatis, & Clemens Alexandrinus lib. 4. Stromaton. Meminit præterea Aspasie Aristophanes in ea fabula, quæ inscribitur *ἀσπασίς*, ipse Lucianus in libr. de Saltatione, & in Amoribus, Athenæus, Herodicus Craterius, Harpocraton, ex Lyfiæ Oratione, quæ in Aeschinem Socraticum est edita, & Suidas.

*Aspasie Periclis magistra.*

30 *30* Nec has tantum nuncupatim adduximus, quòd eas solas eruditas fuisse nouerimus. Quis enim eas omnes sigillatim recensere posset, quæ viros ipsos doctrina vel vicerunt, vel æquarunt? Quis finis, modusve huic rei futurus sit, si proferantur veluti per ordinem Alphabeti:

**A**CCA, à Macrobio lib. 3. Saturnaliorum c. 18. citata ex lib. de Supplicatione. ACCVRSII, nobilis illius legum interpretis, filia, cuius nomen ignoramus, quam Albericus in l. qui filium. in fi. *D.* vbi pupil. educ. debe. tradit leges publicè docuisse Bononiæ.

AEDESIA, Alexandrina, Syriaci Philosophi propinqua. AEGLE, Aesculapij filia, de qua satis diximus in nostro Tractatu Nobilitatis, quo loco de Medicina tractauimus, videlicet cap. 31. nu. 316. vbi videre poteris.

AFRANIA, Licinij Bructionis vxor, Valerio Maximo lib. 8. cap. 3. memorata.

AFRICANA, de qua diximus in illo Tractatu Medicinæ, nu. 336.

AGACLE, inter Poëtrias adscripta à Gregorio Gyrardo in Histor. Poëtarum.

AGALLIS, Coreyræa, illustris apud Athenæum arte Grammatica.

AGAMEDA, de qua in d. Tractatu Medicinæ, nu. 324.

AGANICE, Hegoteris Thessali filia, Astronomiæ peritissima, apud Plutarchum in Præceptis connubialibus, cap. 49.

ALCONORA, Anglorum Regina, Ioannis Regis mater, quæ Epistolas eruditas scripsit ad Cælestinum Papam tertium, & ad ipsum Ioannem filium, circa annum 196. vt tradit Balæus Sudouolca, in Scriptoribus Britannia.

ALEXANDRA, Priami filia, vide infra in Cassandra Priami filia.

ALEXANDRA Scala, quam miris laudibus extollit Politianus, multis Græcis Epigrammatis, quibus & ipsa Græcè respondit.

ALPAIDES, virgo sacra, cuius libri etiamnum extant.

AMALASTASIA, Regina, Athalarici mater, quam Calsiodorus tradit Græcis literis egregiè imbutam fuisse.

AMALTHEA, Politiano inter vates celebrata in Nutrit. Hanc multi inter Sibyllas reponunt. De hac Tibullus libro 2. Eleg. 6.

*Quicquid Amalthea, quicquid Marsipia dixit.*

AMESIA, cuius meminit Valerius Maximus lib. 8. cap. 3.

AMPHICLEA, Aristonis filia, & vxor filij Iamblichi, Plotini discipula, cuius meminit Porphyrius in vita ipsius Plotini.

ANASTASIA, Chryfogoni Martyris discipula, vxor Publij Romani, de quo illa in Epistolis ad ipsum Chryfogonum præceptorem conqueritur, quòd suas facultates absumeret.

ANAGORA, aut vt alij appellant, Apagora Milesia, Sapphus prioris discipula, Suida memorata.

ANAXANDRA, Nealcis filia, artis pictoriæ peritissima, ex Didymo in Symposiacis, & Clemente Alexandrino lib. 4. Stromaton.

ANGELA Nugarola, Veronenfis, Antonij Nugarolæ filia, quæ nonnullas Eclogas miro artificio scripsit.

- ANGVITIA illa Medea foror, de qua in d. Tractatu Medicinæ, cap. 3. 14.  
 ANNA Astreue, Angla, cuius est liber Examinationum priorum, & alter de ultimo suo conflictu, à Ioanne Balæo postea Scholiis illustrati.  
 ANTIOCHIS, de qua & nos diximus in d. Tractatu, nu. 3. 25.  
 ANYTA, Epidauræ, cuius & hodie extant Poëmata in aues quasdam & Themistoclem mirifice scripta: extantque etiam 17. Epigrammata in libris Epigrammæ Græcorum. Eiusdem meminit & Tatianus lib. aduersus gentes.  
 APAGORA, vide supra Anagora.  
 ARETAPHILA, Cyrenæa, Pedimi primū, deinde Nicosrati Cyrenarū tyrāni vxor, cum magnis virtutibus, & rerū gestarū gloria, tum ciuili facundia atque eloquentia admodum dotata: à Plutarcho in Claris mulieribus ca. 19. celebrata.  
 ARETE, & ipsa Cyrenæica, filia ac discipula Aristippi senioris, mater ac magistra Aristippi iunioris, cui ob id cognomentum fuit *ἡ ἀρετή*, id est, à matre doctus, vt scribit Strabo lib. Geographiæ postremo, & Laërtius in Aristippo, & Clemens Alexandrinus lib. 4. Stromaton.  
 ARGENTARIA Polla, Lucani primū, deinde Statii vxor, quæ maritorum studia non mediocriter iuuiffe dicitur. De ea est illud Sidonij Apollinaris:  
*Quid quòd duplicibus iugata tedis  
 Argentaria Polla dat Poetas.*  
 Huius etiam meminit ipse Statius tum lib. 2. Syluarum in Epistola ad Meliorem, tum in Genethliaco Lucani, & Martialis alicubi, ni fallor, & Fulgofius lib. 8. Rer. memorabilium, cap. 3.  
 ARGINETE, quæ scripsit res gestas Dionysij, apud Clementem Alexandrinum lib. 4. Stromaton.  
 ARRHIA, cuius meminit Galenus in lib. de Theriaca.  
 ARTEMISIA, Cariæ regina, de qua diximus in d. Tractatu Medicinæ, num. 309. quamuis sint.  
 ARTEMISIA altera, Diodori, cui cognomen Saturnus fuit, filia, Dialectica, apud Philonem Dialecticum in Menexeno commemorata, & ab eo apud Clementem Alexandrinum lib. 4. Stromaton.  
 ASPASIA Milesia: de qua diximus nu. præcedenti.  
 ASPASIA, altera, vt puto, de qua in d. nostro Tractatu Medicinæ, nume. 322. Aspasiam quoque.  
 ASTYANASSA, quæ à multis Elephantis dicta est (nisi dux fuerint: sed posterior, id est Elephantis, vt scribit Suidas, alteram secuta est) que libros conscripsit *ἡ ἑλεφαντίου σωσοσιασικῶν*: à Virgilio quoque (si is est) in Priapeis cōmemorata, & à Martiale lib. 12. vt supra diximus in 9. leg. connub. nu. 97. incip. quid ergo referam. & præterea à Suida, & Tatiano Assyrio in lib. aduersus gentes.  
 ATOSSA, quæ Persis imperauit, epistolarum cōscriptionem docuit: vt ex Hellenico tradit idem Tatianus in ea Oratione, quam eleganter *πρὸς ἑλληνας* scripsit, statim post initium: & Clemens Alexandrinus lib. Stromaton 1. Ea autem fuit Cyri filia, & Darij vxor, vt scribit Herodotus, nisi hæc altera fuerit.  
 ATHYRTIA, filia Sesostris Aegyptiorum Regis, diuinationis peritissima, & quæ futuram patri monarchiam prædixit, apud Diodorum Siculum lib. 2.  
 AVGE, Tegeatis, ex Tegea scilicet Meliorum, Poëtria, Stephano memorata.  
 AVRELIANI Imperatoris mater, cuius nomen ignoratur, diuinationis perita fuit, vt tradit Callicrates Tyrius, & ex eius autoritate Flauius Vopiscus in vita ipsius Aureliani.  
 AVRINIA, vates, apud Cornelium Tacitum de Moribus Germanorum.  
 AVTONOE Grynæa, Phœbas, apud Silium Italicum lib. 3. Punicorum.  
 AXIOTHEA, Phlasiæ, Platonis discipula, vt à Dicæarcho, Plutarcho, & Athenæo scriptū est, & præterea ab Apuleio in li. de Dogmate Platonis, vbi scribit, multos auditorū Platonis vtriusque sexus in Philofophia floruisse, & inter ceteras hanc nostram Axiotheam: de qua & nos aliquid diximus in 3. leg. connub., nu. 69. incip. idem Hyginus.

BACIS

- BACIS, cuius meminit Ioannes Tzetzes Histor. chiliad. 9. cap. 288.  
 BAPTISTA, Alexandri Sphortie, & Constantie vxoris eius filia.  
 BAPTISTA altera, prima Galeatij Malatestæ Pisauriensis principis filia, & & Guidonis Montefeltrensis Vrbinatium Comitum vxor, libros de humana fragilitate, & de vera religione conscripsit, & cum doctissimis viris magna sui admiratione disputauit.  
 BARSINE, aut vt alij vocant, Barsene, aut vt Iustinus lib. 11. appellat, Marfina, Alexandri Magni vxor, & ab eo ob eruditionem ducta, vt tradit Plutarchus in vita ipsius Alexandri. Huius est Hymnus in Neptunum.  
 BEOE, Nympha, quæ artem Fulguritarum apud Thufcos scripsit: vt retulit Seruius in lib. 6. Aeneid. enarrans eum locum,  
*Hic ego nanque tuas sortes &c.*  
 BLAESILLA, Hieronymo sapiens eruditionis nomine commendata.  
 BOEO, Delphorum indigena, quæ Oracula & Hymnos apud eos composuit, vt scribit Pausanias lib. 10. vbi quædam eius carmina retulit.  
 BOTRYS, de qua vide infra in Salpe altera.  
 BRELA Croa, cuius meminimus in d. nostro Tractatu artis Medicinæ, nu. 338.  
 BRIGIDA, quæ & Brigitta, dicta est, Laginensis, natione Scota, cuius libri Reuelationum etiam extant. Ea Diuorum numero adscripta est.  
 BRVCTERA, vates, Cornelio Tacito in Moribus Germanorum memorata.  
 BVNDIVICA, bellatrix Britannica, quæ ad vrbiū & prouinciā Romanorum principes pro excutiendo Romanorum iugo scripsit plurimas doctissimas epistolas, circa annum Domini 70.  
 CAECILIA, aut (vt alij vocant) Cæcila Mantuana, Marchionis Mantuæ filia, literarum peritissima.  
 CAIA Afrania, vide supra Afrania.  
 CALPHVRNIA, vxor Plinij Iunioris, ad quam est Epistola eiusdem Plinij lib. 6. Epist. 7. Nec defunt, qui illam studiorum mariti mini stram fuisse testatur.  
 CAMBRA formosa, Belinij Britannorum Regis filia, quæ librum legum Siambricarum composuit circa annum 373. ante Christum natum.  
 CARMENTA, siue Carmentis, vide infra Nicofrata.  
 CASSANDRA, Priami filia, quæ & Alexandra dicta est, de qua extat nobile Lycophronis poema: quam & inter Augures posuit Iulius Hyginus Fabularum cap. 12. 2. & de ea Cicero lib. 1. & 2. de Diuinatione, non semel, vt de vaticinatrice loquitur: & Virgilius lib. 2. Aeneid.  
*Tunc etiam fati aperit Cassandra futuris  
 Ora.* Et rursus lib. 3. eiusdem operis:  
*Sola mihi tales casus Cassandra canebat. Et lib. 5.  
 Nam mihi Cassandre per somnum vatis imago  
 Ardentes dare visa faces.*  
 Et Propertius lib. 3. & alij.  
 CASSANDRA altera, cognomento Fidelis, Veneta, Politiano non vulgariter laudata.  
 CATHARINA Alexandrina inter diuos relata, cuius illustris doctrina & eruditio in disputatione, quam habuit aduersus Doctores ethnicos, apparuit.  
 CATHARINA altera, Senensis, & ea quoque Diuis adscripta, cuius extant plurimæ epistolæ ad Gregorium vndecimum, doctæ quidem & religiose, & non indocti in Theologia Commentarij.  
 CATHARINA item alia, Anglorum Regina, Henrici scilicet Octauij vxor, cuius est liber Meditationum in Psalmos, & alter de Lamentatione peccatoris.  
 CATHA, vaticinatrix apud Suetonium in Vitellio, cap. 14.  
 CELAENO, Harpyiarum vna, inter vates ponitur à Virgilio, 3. Aeneid.  
*Vna in præcelsa confedit rupe Celenos*

H 4

*Infelix vates.*

- C E S E N N I A**, Gætulici vxor.  
**C H R I C L E A**, à Maximo Abbate Aphorismorum cap. 3. citata.  
**C H A R I X E N A**, Crinnatis, Poëtria, Aristophani Comico, & Eustathio libr. 2. Iliad. celebrata. Quam tamen Suidas fatuam & meretricem esse scribit.  
**C H R I S T I N A** Pisana, quæ de laudibus sceminarum iustum & elegans volumen scripsit: de qua nos etiam alibi diximus.  
**C I R C E** illa celebratissima, de cuius arte & doctrina multa diximus in nostro Tractatu de Nobilitate, cap. 31. num. 313.  
**C L A V D I A**, Stacij Papinij vxor, quæ mariti studia iuuisse creditur.  
**C L A V D I A** Rufina, vtraque lingua erudita, Martiali celebrata libr. 11. Epigramm. § 4. scripsit autem Epigrammata, & Elegiam in mariti obitum.  
**C L A V D I A** illa, cuius, vt doctæ, meminit Plutarchus ad finem Præceptorum connubialium, eamque antiquam appellat: vt hinc intelligas eam non fuisse ex præcedentibus duabus, quæ non multò antè præcesserunt Plutarchum.  
**C L E O B V L I N A** Lyndia, ex Rhodo, Cleobuli vnus ex septem Sapientibus filia, alio nomine Eumetis dicta, de patris autem nomine Cleobule & Cleobulina appellata. Huius opera multa celebrantur, vt scribunt Suidas & Athenæus. Eiusque etiam meminit Cratinus in eiusdem nominis poemate: & ex eius autoritate Laërtius in Cleobulo & D. Hieronymus ad fin. li. 1. aduersus Iouinianum: & Plutarchus etiam ad fin. Præceptorum connubialium, itemque in conuiuio septem Sapientum.  
**C L E O P A T R A**, de qua diximus in d. Tractatu Nobilitatis capit. 31. numer. 326. & sequent.  
**C L I T A G O R A** Lacedæmonia, aut, vt alij dicunt, Atheniensis, cuius Aristophanes meminit.  
**C L I T O**, Poëtria, memorata Tatiano in libr. aduersus gentes.  
**C O N G Y L A** Colophonica, Suidæ memorata.  
**C O N S T A N T I A**, Alexædri Sphortie vxor, de qua iam diximus in Baptista.  
**C O R I N N A** Thebana, aut, vt alij contendunt, Tanagræa, aut vt alij putant, Teia, Achelodori & Procratie filia, Myrtus, de qua postea dicemus, discipula, quæ Pindarum illum nomen Lyricorum principem quinquies superasse dicitur, ob idque picta fuisse in Tanagræorum gymnasio, vincta caput tænia victoriæ causa, vt à Pausania proditum est in Bæoticis. Superasse autem Pindarum putat linguæ proprietate, quoniam non lingua Dorica vsa est, vt Pindarus, sed Aeolica, & quòd inter mulieres tunc forma fuit præstantissima, si qua ex statua facienda est coniectura. De qua re etiam Aelianus de Varia Histor. libr. 13. & Plutarchus in libr. cui titulus est, Vtrum bello, an sapientia Athenienses præstiterint. & in libr. de Musica: & eius quædam Poëmata citat Athenæus. Vide in seq. vers.  
**C O R I N N A** altera, Thespia, Pausania quoque celebrata, quã alij Corinthiam credere malunt. De altera istarum Propertius libr. 2.  
*Et sua cum antique committit scripta Corinna.*  
 Et Stacius libr. 5. Syluarum:  
*Sophoronaque implicitem, tenuisque arcana Corinna.*  
 Et de alterutra meminerunt Hephæstion in Enchiridio, Eustathius & Suidas.  
**C O R I N N A** denique tertia, quæ Ouidij tempore floruit, de qua est illud Martialis libr. 5. Epigram. 10. ad Regulum:  
*Norat Nasonem sola Corinna suum.*  
 Nisi tamen Ouidius amicam eo nomine falsò nuncuparit, quod Sidonius & alij multi opinantur.  
**C O R N E L I A**, Gracchorum mater, quam & filiorum eloquentiæ multum contulisse, scribit Fabius libr. 1. capit. item 1. & Diuus Hieronymus ad Latam de institutione filia. Eiusque epistolas dicit Tullius in Bruto, se legisse, in quibus

- bus apparebat filios, non tam in gremio, quàm in sermone matris educatos.  
**C O R N E L I A** altera, Metelli Scipionis filia, & Pompeij vxor, Philosophia & aliarum bonarum literarum peritissima, cuius meminit Plutarchus in ipso Pompeio.  
**C O R N E L I A** item alia, Veronenfis quidem illa, sed multò inferior tempore.  
**C O R N I F I C I A**, Cornificij Poëta soror, cuius insignia poemata fuisse suo tempore, scribit Hieronymus.  
**C O R O N A** Perusina.  
**C R A C O** Bohema, filia Libysæ, rerum futurarum perita, apud Volaterranum in Geographia.  
**C Y B E L E**, de qua in dicto nostro Tractatu Medicinæ, numero 319.

- D A M E**, aut, vt alij vocant, **D A M O**, Pythagoræ filia, cui pater ipse suos ipsius Commētarios legauit, vt retulit Lysis in Epistola ad Hipparchum, & ex eo Laërtius in Pythagora.  
**D A M I S E L L A** Triuultia Mediolanensis, filia Ioannis viri senatorij, & Angelæ literarum nō expertis, de qua multa videbis apud Textorē in Officina.  
**D A M O C H A R I S**, cuius adhuc extant aliquot Epigrammata.  
**D A M O P H I L A**, Pamphili vxor, Sapphus filia, quam Philostratus libr. 1. De vita Apollonij dicit æquales sibi virgines congregasse, & poemata composuisse partim amatoria, partim Dianæ laudes continentia.  
**D A P H N E**, Tiresiæ filia, quæ plurima scripsit varij generis responsa: ex eiusque versibus ferunt Homerum multa ad sui poematis ornatum transtulisse, vt tradit Diodorus Siculus. libro 5. Bibliothecæ: meminitque eiusdem Pausanias libro primo.  
**D E B B O R A**, siue Debora, aut, vt etiam nonnulli vocant, Delbora, sacris literis celebrata, libr. Iudic. 4. & 5.  
**D E I P H O B E**, Glauci filia, de qua Politianus in Nutrit.  
**D E M O**, celebrata Politiano in Nutrit. & ante eum Pausaniæ libr. 10. qui de rebus Phocensium est. Vide Damo.  
**D E M O C H A R I S**, vide Damocharis.  
**D I A N A**, de qua diximus in Tractatu Medicinæ, qui est nostræ Nobilitatis c. 31. numer. 308.  
**D I O T I M A**, Socratis magistra, de qua diximus in præcedenti versic.

- E C Y R R H I N A**, quam Isaacus Lycophronis interpres inter Lyricos Poëtas ponit: nisi fortè in illius Græco codice perperam pro Corinna Ecyrrhina legatur, vt scribit Lilius Gregorius Gyraldus in Historia Poëtarum libro primo, iterumque libr. 9. Nam & Hephæstion Corinnam duplici r, enuntiare videtur.  
**E I A N I C A**, aut vt alij vocant, Euneæ, aut item, vt alij, Eunoëa Salaminia, Suidæ memorata.  
**E L I Z A B E T H A**, Scomangie Abbas, cuius libros & nunc quoque habemus, scilicet Orationes ad sorores sui conuentus, & Opus de viis, quibus itur ad Deum.  
**E L E P H A N T I S**, de qua supra in Aftyanassa, & præterea in nostro Tractatu artis Medicinæ, num. 333.  
**E L P I S**, à quibusdam Helpe dicta, vxor Boëtij.  
**E R I N N A** Teia, aut, vt alij malunt, Lesbia, aut etiam Telia, aut etiam Rhodia, quæ licet ætate nouem tantùm & decem annorum mortua fuerit: tamen tantùm valuit carmine, vt Homericam maiestatem consecuta fuisse dicatur. Huius carmina citat Plinius libro 34. capite octauo, & Stobæus capite septimo. Eamque Hexametrorum ænigmatum vatem appellat Laërtius in Cleobulo. De ea quoque Propertius libr. 2. Eleg. 3.

*Carminaque Erinnes non putat aqua suis.*

- Huius etiam meminit Eusebius Chronographus, qui eam dicit fuisse temporibus Alexandri Magni: & Tatianus in libr. aduersus gentes: & Suidas, & Leonides, qui Græco Epigrammate eam *νεαυ ἰσθῶν*, id est, iuniorem vatem appellat, quod ad eum iuuenis decessisset. Huius, aut alterius eiusdem nominis, extat Epigramma libr. 4. Epigram. Græcorum, sectione 5. & alterum li. seq. Estque in eius statum Epigramma Christodori, & aliud Myrûs, libr. 6. eiusdem operis cap. 1.
- EROPHILA**, Troiana, Marmensi filia, vna ex duabus Sibyllis, apud Martianum Capellam libr. 2.
- EVDUCHIA**, Theodosij iunioris filia, quæ heroïco carmine multa poemata scripsit, vt tradit Socrates Historiæ tripartitæ libr. 11. capit. 17. Huiusque esse dicuntur Homero centones, qui circumferuntur. Ad eam ex Aegypto scripsit Orion Thebanus Collectanea sententiarum, siue Florilegium. Huiusque etiam meminit Nicephorus Historicus. Alijeam Eudociam vocant, alij item Eudociam. Tzetzes autem eam (nisi hæc altera sit) Historiarum Chiliade 10. c. 306. vocat Magni Leonis omnisciam filiam.
- EVGENIA**, Philippi Romani filia, omnibus liberalibus artibus erudita.
- EVMETIS** Lyndia, vide supra Cleobulina.
- EVMONIA**, Nazarij Rhetoris filia, patri eloquentia similis.
- EVNEEA**, vide supra Eianica.
- EVNOEA**, vide etiam ibid.
- EVRYDICE** Hieropolitana, de qua Plutarchus ad finem libri de pueris educandis.
- EVRYDICE** altera, ab eodem quoque celebrata, ad fin. Præcept. connubial.
- EVSTOCHIVM**, quam miris modis vbique extollit Hieronymus. Estque eius, & Paulæ matris ipsius elegans & docta epistola ad Marcellum, quæ est inter eiusdem Hieronymi epistolas.

**FABIOLA** quoque eidem Hieronymo multis nominibus, præcipuè verò sanctitatis & doctrinæ, celebrata.

**GEMINAE** duæ, mater & filia, Plotini discipulæ, memoratæ Porphyrio in vita ipsius Plotini.

**GENEBRIA** Veronensis Brunori Gambaræ Brixiani vxor, quæ doctas epistolas scripsit.

**GILBERTA** Anglica, quam nonnulli existimant eam fuisse, quæ sexum mentita virilem, ad eum in literis, præsertim diuinis, profecit, tantamque opinionem de se omnibus præbuit, vt Leone quarto Pontifice mortuo, digna visa sit, quæ omnibus posthabitis in eius locum sufficeretur, Ioannis Octavi, vt scribunt Platina & Bocatius, aut Ioannis Septimi, vt mauult Sabellius, nomine assumpto. Quod nisi à bonis autoribus, & illius quidem temporis traditum fuisset, vix credibile foret. Nonnulli autem tradunt, hanc fuisse ex Moguntia, non ex Anglia. Hæc librum de Necromantia scripsisse dicitur.

**GORGON**, Leonidæ vxor, cuius, vt doctæ, meminit Plutarchus haud multo ante finem Præceptorum connubialium. Huius inter doctas meminit D. Hieronymus ad fin. libr. 1. in Iovinianum: vbi tamen eam Gorgunteum vocat. Quo in loco Erasmus in suis Scholiis de ea nihil adhuc cõpertu se legisse dicit.

**HEDIBIA**, ad quam scribit Hieronymus: ex cuius epistolis satis intelliges, eam non indoctam fuisse.

**HEDYLE**, mater Hedylogi Poætæ Samij, aut vt alij dicunt Atheniensis, quæ librum scripsit, cui est titulus Scylla, in quo Glaucum inducit Scyllæ amore captum, in illius antrum descendisse: vt ex Græcis quibusdam Grammaticis tradit Athenæus, & meminit etiam Pausanias libr. 9. quo de Bœoticiis scribit.

HELE

**HELENAM** illam Menelai vxorem, augurandi peritam fuisse, palam indicat Homerus libr. 15. Iliad.

**HELENA**, Flauia Augusta, Coelij Britannorum Regis filia, cuius est liber de Providentia, alter de Immortalitate animæ, alius de Rectè viuendi norma: alius item, cui titulum fecit, Monita pietatis. Suntque eius Carmina Græca & Epistola. Obiit Romæ anno Domini 337.

**HELPE**, vide supra Elpis.

**HEPIONE**, de qua diximus in d. Tractatu Nobilitatis, cap. 31. numer. 320.

**HESTIAEA** Alexandrina, quæ in Iliadem Homeri scripsit, apud Strabonem libr. 13. ex Demetrio.

**HILDA** Herenica Angla, quæ scripsit aduersus Agilbertum Parisiensem vi Saxonum Episcopum libr. 1. & Meditationes pias. Vixit anno Domini 684.

**HILDEGARDIS** virgo Moguntinensis, cuius libros plurimos habemus, & ad quam, vt doctam, sæpe scripsit D. Bernardus: & nos quoque de ea diximus in d. nostro Tractatu Medicinæ, numer. 339. Sed præter libros illic memoratos scripsit in Regulam quintam Benedicti, lib. 1. Triginta quaestionum lib. 1. Vitam S. Disibodi, libro 1. Homilias 58. in Euangelia libro 1. De Sacramento altaris, libr. 1. Scinias libr. 1. Vitas maritorum libr. 3. Diuinorum operum libr. 1. Ad Colonienfes libr. 1. Ad Treuirenses libr. 1. Exhortationum secularium libr. 1. Ad sorores suas libr. 1. Ad Monachos Griseos libr. 1. Carminum diuerforum libr. 1.

**HILDEGARDIS** altera de Pingua, cuius sunt Physicorum libr. 4. de elementorum, fluminum aliquot Germaniæ, metallorum, leguminum, fructuum, herbarum, arborum, arbutorum, piscium, volatilium, & animantium terræ, naturis, & operationibus.

**HIPPARCHIA**, quam Crates Philosophus Thebanus vxorem duxit, de qua multa Laërtius, & Clemens Alexandrinus libr. 4. Stromaton, vbi scribit, propter eam celebrata fuisse in Pœcile Cynogamia: & nos aliquid diximus statim post principium legis 4. connubialis.

**HIPPAS**, Lycurgi Lacedæmoniorum Legislatoris hospita, de qua Plutarchus in vita ipsius Lycurgi.

**HIPPO** Centauri Chironis filia, quæ Aeolum docuit naturæ contemplationem, apud Clementem Alexandrinum libr. 1. Stromaton. Et de ea est illud Euripidis:

*ἢ πρῶτα μὲν τὰ θεῶν προμαρτυροῦσα  
Χρημοσίῳ, ἢ δὲ ἀέρων ἐπανέταλός.  
Diuina quæ primum quidem presagunt  
Oraculis, atque per ortus siderum.*

**HOMELŒA**, vates, Eunexi filia, cuius meminit Aristophanes Thebaïcorum 2. & Suidas.

**HORTENSIA** illa, digna patre Hortensio filia, cuius eloquentia à Valerio Maximo libro 8. cap. 3. & Fabio Quintiliano libr. 1. cap. item 1. & Appiano libro Bellorum ciuilium 4. celebratur.

**HYDRA**, scæmina doctissima fuisse perhibetur, aduersus quam Hercules certare non valuit, vt cui propter sapientiam, vt Plato refert, pro vno capite sermone amputato, multa repullulabant.

**HYGIA**, siue Hygiea, siue etiam Hygea, Aesculapij filia, de qua multa diximus in Tractatu Nobilitatis cap. 31. num. 316.

**HYPATHIA**, aut, vt alij vocant, Hyptachia, Alexandrina, Isidori Philosophi vxor, cuius sunt Commentaria Astronomica.

**HYPTACHIA** altera (nisi tamen eadem fuerit) & ipsa Alexandrina, Theonis Philosophi & Geometræ filia: quæ super omnes Philosophos eminens, Plotino in Schola Platonica succcessit: vt tradit Socrates in Historia tripartita lib. 11. capit. 12. Scripsit in Astronomiam, & professa est Alexandria varia disciplinarum genera, magno & frequenti auditorio, imperate Arcadio, vt tradit Suidas.

IAMB